

- De valida dispositione prodigi ad pias causas.
- Præsumptio est pro factio Judicis.
- Ad convincendum contrarium debent exhiberi omnia acta.
- De conclusione de qua n. 3. Et quando subsequens interdictio retrotrahatur.
- Quomodo ista quæstio decidenda sit, datur distinctio.
- De mala conditione prodigiorum.
- An prodigio datur restitutio in integrum adversum actum gestum ante interdictionem.
- De differentia inter donationem, & contractum correfpectivum.
- De circumstantiis in proposito considerandis.
- Quod non sit procedendum cum generalitatibus.
- Decreto Judicis nullum circa interdictionem debet attendi tanquam probatio.
- Rejicitur conclusio, de qua n. 5.
- Quod juramentum non validet actus gestos per prodigos.
- De differentia in hoc proposito inter ultimas voluntates, & contractus.

D I S C. XXXVI.

Occasione repartitionis pretii palatii in Monte Citorio constructi per Cardinalem Sanctorium, S. Severinæ nuncupatum (quem acta Conclavi, in quo creatus fuit Clemens VIII. in chronicis, et diarii celeberrimè redderunt,) inter plures punctos coram A. C. disputatos inter PP. Blasii Congregationis Somaſchæ, & Josephum filium Catherinæ ejusdem Cardinalis ex fratre nepcis, qui ille super validitate, vel invaliditate donationis, sunt de eisdem palatii portione dictis PP. fecerat de anno 1634. Jo. Antonius adolescens annorum 21. dicti Cardinalis ex fratre pronepos, isteque punctus consistebat in jure, cum reliqui essent potius facti, & calculorum.

In hoc autem, cum ex parte Josephi doctum esset de authentico decreto M. Curie Vicarie Neapol. per quod ad infantiam ejus patris, ratione prodigalitatis interdicitur dicto Joanni Antonio, ne contractus aliquos faceret, inhibendo etiam Notariis, ne de illis se rogarent, et in quo decreto mentio habetur de aliis de super præcedent edictis; Ita dicebam, scribens pro Josepho, probatam remanere dictæ donationis invaliditatem, ex juris conclusione generali, ut quæcumque alienationes, sive contractus, ac dispositiones prodigi, cui administratio interdicitur sint, invalidi censeantur perinde, ac si à furioso, vel amente, cui prodigus assimilatur ad Text. in l. 1. vers. sed solent ff. de curat. furios. Et l. 13. cui bonis ff. de vera oblig. s. Item prodigus instit. quibus non est permiss. fac. testam. & communiter scribentes loc. cit. de quibus apud Franch. dec. 461. & 672. Sanfel. dec. 148. Cœ. de Cent. q. 16. Duard. cod. tradit. §. 1. q. 58. n. 16. Et seq. Rovit. pragm. de liquid. instrum. latè Prat. diſcep. 2. tom. 1. Boss. oper. moral. de testam. ad pias caus. tit. 12. §. 3. n. 144. & seq. Rota in Romana dementiæ 15. Martii 1606. coram Lancellotto.

Non negabant Scribentes in contrarium, hujus conclusionis veritatem, utpotè incontrovertibilem, sed quatuor deducebant fundamenta, ex quorum singulis, multò verò magis simul junctis ejus applicationem cessare dicebant; Primum scilicet, quod hæc donatio facta esse per aliquos dies ante dictum decretum M. C. ideòque, dum adhuc interdicitur non esset administratio, dicebant actum remanere validum, juxta cons. 248. Castrenf. n. 2. & seqq. lib. 2. quod reputatur in materia magistrali cum concordantibus relat. per Cenc. de cens. dist. q. 16. Sanfel. dec. 148. Prat. diſcep. 2. n. 1. Rota apud Cavaler. dec. 273.

Secundò, quod ubi etiam dictum decretum præcessisset, habendum non esset in aliqua consideratione; Tum ratione invaliditatis ex defectu jurisdictionis, cum dictus Jo. Antonius esset clericus; Tum etiam quia hujusmodi interdicitio fieri non debet ex abrupto, ad cuiuslibet pretenis instantiam, sed causa cognita, & prævia prodigalitatis probatione, ut firmatur apud Sanfel. & Cavaler. ubi supra, per Prat. diſcep. 2.

Et tertio, quod in omnem eventum, cum ageretur de pia donatione facta favore Ecclesiæ, attendenda veniebat ex his, que circa dispositionem ad pias causas factam per prodigum, collecta habentur per Boss. inter ejus moral. valia tit. de test. ad pias caus. tit. 12. §. 3. n. 147. Cum etenim pias disponere pro Deo, & anima propria, prudens, ac laudabilis actus dicatur, cessat ratio imprudentis dispersionis, quæ in prodigo consideratur.

His tamen non obstantibus, pro invaliditate respondentum esse dicebam, atque respondendo ad singula objecta,

quibus sublati, fundata remanebat intentio hujus Partis habentis pro se regulam; Quatenus pertinet ad primum. Advertebam quod, dum in dicto decreto, quod per aliquos dies post hæc donationem prodicatur, enunciabatur duo alia decreta præcedentia, assistebat huic parti generalis regula, textus in l. 2. C. de offic. cit. Jud. cum ibi communiter notatis, de quibus apud Cavaler. dec. 337. n. 5. & dec. 339. n. 6. Et passim, quod præsumptio est pro JUDGE, equisistentiis, & decretis, donec ex revolutione actorum contrarium probetur, & conſequenter, quod onus esset allegantis falsitatem, vel non justificationem eorum, quæ à JUDGE dicuntur, trapportare acta integra, sine quibus dicit non potest probari negativa, ex qua resultat infectio, ex deductis per Bur. & Add. dec. 264. & sæpè sub tit. de judic. ad materiam nullitatis judicii, cum sit certum principium; Illa enim est virtus præsumptionis juris, ut onus probationis in alteram partem transferat, neque probatio concludens dici potest, ubi militat contraria possibilitas, que adesse dicitur, quoties acta non sint integra, dum rectè dici potest, quod in his, que deficiunt, continetur id, de quo est quæstio, nisi de sui natura contineri deberet in illis actis, que habentur, ut apud allegatos passim, quoniam iste sunt præctica, & quotidiane receptæ conclusiones.

Verùm ubi etiam de aliis præcedentibus decretis non constaret, adeò ut istud esset unicum, & abque dubio actui posterius; Adhuc tamen dicebam, quod in ea quæstione, quam disputat, hinc inde Fachin. lib. 2. contro. cap. 63. & super qua (sicè aequaliter involutè) plura deducit Gibalin. de contract. seu human. act. lib. 3. de forma conventionis c. 1. de contract. art. 3. cons. 5. fol. 471. an scilicet tale decretum retrotrahatur, ad eundem inficiat actus præcedentes, ut probabilis esse firmat Fachin. d. contro. 63. cujus contractum subſignat Gomez alii apud Gibalin. & Sanfel. ac Prat. ubi supra; Dicebam (etiam cum sensu veritatis,) quod pro meo judicio, ista quæstio decidenda non est generaliter, & in abstracto, sed in concreto pro facti qualitate, ac singularum casuum particularibus circumstantiis, & cum ea distinctione, quæ in aliis hoc eodem titulo ponderatur in contractibus minorum se afferentium majores, vel filiorumfamilias afferentium sui juris, & patresfamilias, cum filiilibus.

Aut enim prodigalitatis contrahentis, seu alienantis, vel ex generali notorietate in loco, vel ex particulari noticia, bene cognita erat alteri contrahenti, qui ita dolo, vel culpa, ac mala fide vacare non dicitur, & tunc indefinite, sive agatur de contractu oneroso, & correfpectivo, sive foris de lucrativo, rectè recipienda est tanquam verior opinio, quam sequitur, ac defendi Fachin. cum alter contrahens sit inexcusable, atque cesset altera ratio, cui innixa est opinio tenentium pro actus validitate, dum adaptabilis non est ratio ponderata per sequaces primæ opinionis. Cum enim agatur de intellectu imperfectione jam præexistente, ac pendente à natura, non autem à potestate, vel voluntate judicis, iste, ite decernendo, non facit aliquem prodigum, sed qualis fit, aperit, & declarat, juxta optimum naturale exemplum executientis grana à spicis, quod in declarante expedit text. in l. aded. ff. de acquir. rer. domini.

Aut verò dicta circumstantia cessat, & tunc adhibenda veniat altera distinctio pro contractu lucrativo, & oneroso, seu merè correfpectivo, ut in hoc secundo casu rectè procedat opinio denegans retrotrahitionem, juxta dictum consil. Castrenf. cum quo proceditur per Rotam apud Cavaler. ubi supra, & per alios allegatos, qui omnes percutiunt contractus correfpectivos, dum apud Castr. agitur de emptione, & venditione, & apud Cavaler. de transſactione, cum filiilibus.

Et nihilominus etiam isto casu prudentis Judicis partes erunt inspicendi, an contractus sit bonè, & prudenter gestus, vel è converti lesionem, & circumventionem redoleat ut ita bone, vel malè fidei argumentum desumat; Postea etenim in altero contrahente bona fide, duplex intrat congrua ratio pro validitate actus. Primò scilicet pro libertate commercii; Et secundò, ne alias aperiat via fraudibus, & machinationibus, quæ prodigis contrahentis esse solent, cum hujusmodi qualitas personæ, nullam negligant malorum, ac indignitatum speciem, ut spiritum dispensatorium exercere valeant, unde prætorie historice nos docet Reipublicæ periculisissimos fuisse Principes profutos, quorum vitium est deficere in necessariis, vel congruis, in quibus aversissimi, nimiumque tenaces deteguntur, abundare autem in superfluis, tollendo virtutes, ut vicio tribuant; Quod scilicet colluſivè affectare possent hujusmodi declarationes, ut tertios bona fide cum eis contrahentes eludant.

Ideo-

Ideoque pro facti qualitate, ac prædictis bonis, vel respectivè malis circumstantiis, decidenda videtur quæstio, de qua apud Fachin. d. lib. 2. contro. cap. 67. vers. nona controversia, & Odd. de test. in integr. quæst. 11. n. 7. & seqq. an scilicet etiam ad verum actum cum prodigo gestos, qui ob adhuc non interdictam administrationem de jure in validi dici non possunt, competat, necne restitutio in integrum ex clausula generali, si qua mihi, &c.

Secus autem, ubi agatur de donatione, vel alio actu de sua natura damnoſo, & qui imprudenter suorum bonorum dispositionem redoleat, cum tunc indefinite omnino tenenda videatur opinio, quam subſignat Fachin. ubi supra, pro retrotrahitione; Tum quia cessant dictæ rationes, quæ in actibus correfpectivis urgent; Tum etiam, quia non de facili donatarius in bona, sincereque fide verſatus dici potest; seu fortius, quia cum vitium prodigalitatis sit latens, seu intrinsecum, quod dignosci non potest, ut exinde ad interdictionem deveniat, nisi præcedat actus dispositorei, hinc proinde, istam donatio dici poterat actus, qui dederat causam edicto, ac propterea rectè intraret superius ponderata ratio, quod factum judicis contineret declarationem ejus, quod inerat; quod locum haberet retrotrahito.

Clarius verò in hac facti specie ex tribus circumstantiis, ex quibus ut dictum est, hujusmodi questionis verius decidenda veniunt; Primò scilicet ratione ætatis, quæ attendita dispositione juris communis, adhuc erat minor, quamvis in eo Regno per Constitutionem particularem minor ætas restricta sit ad annos 18, & de qua Constitutione, ejusque restrictio habetur actum sub tit. de dotè dist. 2. & dist. 44. Secundo, quia agebatur de filiofamilias, cui administratio per Judicem interdicitur fuerat ad instantiam patris legitimi administratoris, unde propterea cessant ratio, quæ deduci solet per tenentes opinionem validitatis actus favorabilem, ut colluſivè, vel affectatè, seu ex malo animo id fieri posset; Et tertio, quod agebatur de donatione valde notabili totius assis, quem iste adolescens habebat; His autem omnibus simul junctis mihi videbatur, quod sine dubio recipienda esset dicta opinio pro retrotrahitione, quoniam ut dictum est, omnino probabilis videatur, ut ista sit potius quæstio facti, quam juris pro facti qualitate decidenda, ideòque erroneum sit eam generale, ac in abstracto tractare, sive decidere cum solo DD. hinc inde colluctantium majori arithmetico numero, juxta consuetam pragmatiorum neptiam.

Hinc resultabat solutio secundæ objecti super dicti decreti invaliditate, quoniam cum nullitas actus non proveniat directè à JUDGE factis, sed à defectu naturali intellectus, ita declarato, seu probato; Exinde resultat, quod ubi decretum Judicis ob ordinem judicarium malè servatum, vel est alio defectu subſervieri non possit tanquam decretum validum, & exequibile, adhuc tamen attendendum veniat tanquam species probationis; Ac ulterius uterque defectus tollebat, ex facto, quoniam non constabat de Clericali cum requisitis necessariis in Clerico in minoribus non beneficiato ad effectum exemptionis fori à prescriptum Sacri Concilii Tridentini, atque allegata non cognitio causæ non justificabatur, dum non exhibebantur integra acta, ut supra.

Demùm quoad ultimum obiectum, quod ageretur de donatione facta Ecclesiæ, & ad pias causas, advertebam quod licet Bossius tanquam bonus Religiosus, loco superiocrato inclinet in opinionem bonæ causæ favorabilem, (ut consuetus est tyfus Moralium,) Attamen, ut patet ex relat. ab eod. n. 246. magis communis opinio Civilistarum, seu forensium, quibus in judicio, seu foro externo in judicando magis deferendum venit est in contrarium, ut pluries advertitur sub tit. de usur. & alibi. Et rationaliter quidem, ex clara, & convincenti ratio; Et quod pie cause favor, ut pluries advertitur in sua materia sub tit. de testam. & alibi, supplet omnes defectus solemnitatum, seu alias ex juris civilis dispositione, ac subtilitate resultantes, non autem defectum naturalem intellectus, seu voluntatis, qualis esse dicitur, cum prodigis iure amentis, vel furiosis censentur.

Idque clarè probari dicebam ex eo, quod juxta veriore opinionem, in qua apud Fachin. d. lib. 2. contro. c. 64. contractus gestus pro prodigum, neque sanantur à juramento, ex dicta ratione, quod infectio non resultat à sola dispositione legis positive, sed è defectu naturali; Id autem est quid fortis, quoniam ubi non obſtat defectus naturalis, vel interitus æternæ salutis, aut ratio favoris: publici primarij, jurisjurandi religio afficit.

Et nihilominus, ubi etiam dicta magis pia opinio tenenda esset, ea procedit in testamentis, alijque ultimis voluntatibus, in quibus urget altera efficacior ratio cessantis lesionis, ac præjudicij disponentis, qui dissipare, vel imprudenter agere non dicitur, ubi cessante favore filiorum, (de quo est quæstio, an favori pie causæ præponderet,) necne ad favorem Ecclesiæ, vel pie causæ disponat, conferendo dispositionem post ejus mortem, quando ipsius iam annihilati nihil interest, an bona ad unum, vel alterum pertineant, ipse verò donec vivit, libertatem quandocumque revocandi retinet, unde propterea læſio, vel præjudicium adesse non dicitur, & conſequenter in actibus minorum, vel mulierum, ac aliorum imbecillibus, vel imperfecti judicii, in quibus lex communis, vel municipalis certas præſcribit solemnitates, ista non desiderantur in ultimis voluntatibus, ideòque dicta opinio, quæ de istis agis, adaptabilis non est perfectæ, & irrevocabili donationi inter vivos; Quia verò disputatione pendente comperta est quædam transſactio, idcirco ad eam restricta est difficultas causæ, quæ pendet.

ANNOT. AD DISC. XXXVI.

D hæc materia dispositionis factæ per prodigos nulla alia suppetit occasio disputandi; De invaliditate autem dispositionis factæ per furiosum, vel amentem habetur sub tit. de testam. dist. 38. & seqq. Et de casu conversio successione iuris, vel amentis in hæc commissio, vel primogenitura habetur actum sub tit. de fidei. dist. 260.

ROMANA PECUNIARIA
SEU AVOCATIONIS
PRO ALOYSA COSTA
CUM CARDINALI SFORTIA.

Casus decisis per Rotam pro Cardinali, pendet reſiſſo.

De Statuto Urbis 152. super obligationibus, & contractibus filiorumfamilias, & quando valent, necne.

SUMMARIUM.

- Adiſeries.
- Resolutiones cause.
- Creditor obligatus de restituendo pecunias prioribus conveniuntur executivè.
- De Statuto circa filiosfamilias, & quid de jure communi.
- An tertius det de nullitate, & de aliis fundamentis pro valida obligatione.
- De distinctione, an tertius det de nullitate.
- Tertius dat de exceptione, quæ sit notoriè exclusiva juris agendis.
- Creditor opponit exceptiones competentes debitori.
- Iſta nullitas est inſtantià favore publico.
- Ex donatione facta per patrem filio, non resultat emancipatio.
- An, & quando ex habitatione seorsum à patre, & contrahendo habeatur pro patre familias.
- Filiofamilias contrahente in urbe servandum est Statutum, quamvis esset Baro, & Magnatus.
- Ratificatio actus nulli exigit certam scientiam, eaque acta operatur, ut nunc, & non præjudicet iis, quibus medio tempore jus quæsitum est.
- De distinctione, cui incumbat onus docendi de validitate, vel invaliditate.
- Præsumptio pro canonizatione judiciali.
- Pecunia soluta cum cautione de restituendo, dicitur emantare, & creditor non est possessor.
- Quomodo ista materia regulari, ac decidi debeat.
- De eodem, & quomodo reguletur arbitrium.
- Qualitas mercaturæ attenditur.
- De Baronibus, & Domiciliis viventibus in urbe, quomodo considerentur.
- Quomodo hæc circumſtantia consideretur.
- Ira pariter habitatio seorsum, & contrahere publicè.
- De conclusione, de qua num. 10.
- De distinctione, an de patris potestate agatur principaliter, vel incidenter.
- Quod non debeat procedi cum generalitatibus.
- De Macedoniæ ejusque ratione.

- 27 *Consensus patris est pro interesse, atque solavatisficatio sufficit.*
- 28 *Quomodo Statutum debeat intelligi ad limites juris communis.*
- 29 *Quare jus commune induxit Macedonianum in solo casu mutui.*
- 30 *De peculiorum introductione.*
- 31 *Quare in hac materia diversimode judicetur.*

D I S C . XXXVII.

Dux Marius Sfortia, occasione matrimonii, adhuc patre vivente, contracti cum Renata de Lotharinga, de quo *sub tit. de dote disc. 140.* à patre in separata domo, & cum propria separata familia vivens, plura contraxit debita, præsertim de anno 1617. cum Petro Herrera, cujus mediata hæres Aloyfia, ex pretio Status Vallimontane per eum venditi, de mandato Judicis obtinuit sibi persolvendam summam seut. 4500. circiter, cum solita obligatione de restituendo prioribus, & posterioribus, cujus obligationis vigore, postquam Aloyfia evitavit alias molestias enunciatis *dicho disc. 140. de dote, ad instantiam Cardinalis Sfortie ejusdem Ducis germani fratris venientis* ex jure cesso alterius creditoris anni 1629. mandatum exequutum ab A. C. pro restitutione passa est. Commiffaque per Signaturam causa appellacionis in Rota coram Bevilaqua, cum clausula translativa, si quid exequendum, super dubio consueto, ex ejusdem referenti ventre resultante, an mandatum esset exequendum, sub die 14. Junii 1669. affirmativa prodiit resolutio in repositio suspensa.

In his autem disputationibus habitis in Rota, (ubi solum pro Aloyfia scripsit, & actoris defensores, cum quorum fundamentis deciso desuper edita procedit, ultra generalia, circa exercitium actionis, vel processus exequuti contra creditorem obligationis restituere prioribus, & posterioribus, juxta debitas 63. 206. & 213. Celsi, cum aliis per Salgad. *in labyr. par. 2. cap. 6. n. 41.* & in sua materia *sub tit. de credito.*

Potissimum fundamentum consuebant in nullitate crediti dicti Petri, qui propter creditori dici non poterat, dum agebatur de contrahendo initis per filium familias existentem sub potestate Ducis Alexandri patris tunc viventis, ex clara dispositione *Status Urbis 152. lib. 2.* per quod enervatur vis juramenti, cujus racione cessare solet illa dispositio, quæ ex *Senatus Consulto Macedon.* refultat ex jure communi juxta decisiones 20. & 44. Burrat. cum aliis generaliter deductis *sub tit. de dote disc. 143.* cum hoc Statutum à Papa specialiter confirmatum tollat vim juramenti, atque ob decretum irritans annulet contractum ipso jure, ut apud *Greg. decif. 182. Orthobon. decif. 16. decif. 184.* post Zacch. de *oblig. Et in individuo istius obligationis firmatum jam fuerat coram Cello dec. 382.* inter suas, quæ verè fuit causa resolutio.

Ad hoc obiectum evitandum Ego, & alii pro Aloyfia rea conventa scribentes plura deducebamus; Primò scilicet, quod de dicta nullitate dare potest idem contrahens, non autem tertius, quamvis creditor, cum hic declarare non valeat ea, quæ sunt in animo principalis, qui rectè sciens sinceritatem actus, suamque obligationem, eam ratam habere potest ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud *Surd. dec. 108.*

Secundò, quod cum occasione dicti matrimonii, in a-poca dotali, dictus Dux Alexander pater, donationem, ac assignationem quorundam Castrorum, ac reddituum fecerit dicto Duci Mario, ut in eo statu conjugali cum de-core posset se sustentare, ita implicita emancipatio refultabat, ex iis, quæ circa dotem donatam habentur *deducta sub tit. de dote disc. 32.*

Tertio, quod in facto justificaretur, quod dictus Dux Marius viveret seorsum à patre in separato Palatio cù propria, & separata familia, pluresque contractus jure patris familias gessisset, qui esset casus expressè exceptus in *semplo Statuto 152.* quod nectum istum casum excipit, sed omnes alios, in quibus de jure *Macedonianum* non intraret.

Quartò, quod occasione dicti matrimonii, Dux Alexander pater, non solum dictam donationem, seu assignationem fecit, Verum etiam restituit Comitatum Sanctæ Floræ, qui tunc possidebatur jure illius veri, ac pleni allodii, per quod alter non recognoscitur superior, nisi Deus, adeò ut jura Imperii, ac Regalium, supremique Principatus præferatur, ex pluries deductis in sua materia *sub tit. de feud.* Et consequenter, quod non intraret subiectio huic Statuto.

Et quinto, ob subsequendam ratificationem resultantem à

debiti solutione facta per eundem Ducem Marium postquam defuncto patre sui juris effectus erat.

Omnia verò fundamenta prædicta in decisione, desuper edita rejecta fuerunt; Quatenus enim pertinet ad primum motivum, quod tertius dare non potest de nullitate, respondetur cum distinctione, quod aut agitur in terminis juris communis, quibus attentis actus gestus à minore, de quo agitur apud *Surd. disc. 108.* cum ibi allegatis, non est nullus ipso jure, sed annullandus, seu rescindendus venit ope exceptionis, ac opponendæ ipso minor, qui potest non opponere, sed ratum habere, adeò ut actus remaneat in statu implicito validitatis, & tunc id rectè procedat; Aut vero actus per Statutum annullatur ipso jure & tunc etiam à tertio nullitas opponatur, ex iis, quæ antiquioribus relatis habentur apud *Gratian. disceptat. 69. n. 3.* cum *seqq.* Ad den. ad *Surd. decif. 108. n. 10.* Rot. apud *Dunozetti. decif. 39. I. & decif. 595. num. 4. & 5.* cum aliis in *hujus causæ* decisione.

Fortius vero, cum dicitur nullitas jam detecta, & declarata per dictam decisionem coram Cello, unde dici potest omnimodò exclusiva juris, & consequenter allegari potest quoque à tertio, juxta doctrinam *Bart. in l. 2. vj. quandoque jus tertii, de except. vel judicate.* & cum concordantibus relatis per *Gratian. disceptat. 69. n. 2.* *Hodierni ad Surd. discif. 108. n. 2.* *Thefaur. dec. 4. n. 4. & ad dec. 391.* *Dunozetti n. 2.* & in eadem decisione.

Ac etiam, quia creditor dicitur procurator sui debitoris, ideòque omnes actiones, vel exceptiones illi competentes deducere potest, ad text. in *l. signori. ff. fam. encl. cum con-cor. per Rovit. dec. 29. n. 4.* *Cayc. Latr. consult. 16. n. 14.* Rot. apud *Dunozetti. dec. 340. n. 1. & 2.* & *dec. 962. nu. 14.* & satis proximè *Dexar. decif. 16. num. 7.* cum aliis in decisione; In qua ex Romano *conf. 437. num. 5.* *Burlat. conf. 82. n. 2. lib. 1.* *Fenozon. ad hoc Statutum n. 81.* & alius, advertitur istam dictam nullitatem publico favore inducendam, ideòque à quocumque opponi posse.

Ad secundum fundamentum, ut ex donatione facta per patrem filio, tacta emancipatio refultet, responderetur, & bene quod quidquid supra allegati fenserint, magis communis, & vera est in contrarium, potissimè vero, ubi non agitur de donatione pura, & sine causa sed contemplationis, vel occasione certi matrimonii, ex relatis per *Facchini. lib. 3. contr. cap. 78. Giurb. ad consuet. cap. 3. gloff. 8. num. 39.* *Merlin. de legitima lib. 1. tit. 2. quæst. 8. n. 18.* cum aliis copiosè cumulat in eadem decisione.

Ad tertium responderetur, quod simplex habitatio extrà domum paternam, sive aliquod negotium à filio gestum ad id non sufficit, sed requiritur magna frequentia actuum, ex qua verisimilis scientia, & patetia patris refultare dicatur, ac etiam diuturna habitatio seorsum saltem longo decenniali tempore, faciendæ autem univocos filii patris familias convenientes, non autem æquivocos, ex relatis *discif. decif. 182.* *Greg. & dec. 16.* *Orthobon. repetit. dec. 183.* post *Zacchiam, & dec. 184. ibidem,* cum aliis in eadem decisione, in qua advertitur, quod decisio 14. *Dunozetti senior.* & *dec. 734.* *Dunozetti jun.* & *dec. 185.* post *Zacchiam,* & alia decisio in Romana Societatis officii 27. *Januarii,* & 12. *Maii 1673.* coram *Albergato,* ac alia, in quibus pro validitate obligationis, a liorumque actuum à filiofamilias gestorum responderetur, procedunt cum præsupposito, quod concurrant dicta requisita.

Ad quartum, quod debitor ratione Comitatus Sanctæ Floræ esset independens ante Principis figuram gereret, ideòque Statuto non subiectus; Respondetur id rectè procedere in ipso Comitatu, ac in ejus ditione, non autem in Urbe, ubi civis privati figuram gereret, ideòque remanebat subiectus Statuto, cujus locus attendi debet, quamvis contrahens esset exterus, ex relatis per *Cancer. var. resol. par. 1. cap. 10. n. 21.* *Cyriac. contro. 10. num. 8.* Rot. in Romana, seu *Perusina census 12. Decembris 1644.* coram *Bichio,* apud *Zacch. de oblig. dec. 162.* & fortius, dum in specie jam firmatum fuerat in *d. dec. 182. Celfi.*

Et ad quintum ratificationis responderetur cum toties in precedentibus insinuata recepta, hodieque plana conclusio-ne, cum copiosis quoque allegationibus comprobata, ut subsequentes actus, ex quibus ratificatio, seu approbatio refultet, attendendi non veniant, nisi consistat de certa, & explicita scientia facti, & juris, quod actus esset in validus, seu exceptione elidibilis, cum sequi poverint ex credulitate, seu præsupposito, quod ipse esset obligatus; Et fortius, quia observantia non erat merè voluntaria, sed potius coacta de mandato judicis, rejecta ista jam opposita nullitate per ipsius debi-

debitoris procuratorem; Ac etiam, quia ubi quoque voluntarid, & deliberatè cum dicta scientia admississet, id præ-judicare non poterat ipsi actori, cujus debitum tunc con-tradum erat; Ex pariter vera, & accepta propositione pluries alibi insinuata, quod ubi actus esset ipso jure nullus, atque implicitum non habet statum validitatis, tunc ratifi-catio non retrahitur, sed attenditur, ut tunc tanquam actus omninò novus, & integer, ideòque non aptus præ-judicare jure tertio jam quæro; Ut in specie creditoris anterioris contrahentis minus legitime, postponendi ei, qui postea legitime contraxit, quamvis primum debitum postea ratificetur, *Cyriac. contro. 293.* *Salgad. in labyr. par. 2. cap. 10. n. 58. & c. 21. n. 53.* & *seqq.* apud quos cæteri, & in sua materia *sub tit. de cred.*

Quamvis autem plures ex dictis responsonibus, seu con-clusionibus in abstracto, sive in suis respectivè casibus vere sint; Eis tamen non obstantibus, in hac facti specie, ex ejus circumstantiis, potissimè vero, quod in disputatione habita post decissionem in eor revisione ob meliores diligentias adhibitas penè infinitus contradum, a liorumque actuum numerus inventus esse, gestorum jure patris familias, (etiam in sensu veritatis,) dicebam justitiam huic parti omninò assistere, ideòque à dicta decisione recedi debere.

Ad id autem probandum, in primis advertebam magnam differentiam esse inter casum, in quo creditor ex contractu inito cum filiofamilias, pro ejus executione agat contra debi-torem, vel sui successorem universalem, sive particu-larem qui excipiendo opponat de invaliditate actus; Et casum, in quo creditor sit jam satisfactus, atque tanquam rguis ab altero pulsetur, non ratione anterioritatis, vel potioritatis juxta causam suam obligationis, sed ratione in-debiti, quòd ita repetatur.

Primo enim casu, juxta receptissimam distinctionem in omnibus materiis insinuata, quæ hodie de plano, apud eos, qui solidi non sint, præsupponenda est illa, qui ex aliquo actu, vel jure agit, de illius validitate docere teneatur tanquà de fundamento sue intentionis, cum alias reo sufficiat, fu-giendi vincere per non jus actoris, & consequenter docere, quòd esset in aliquo ex casibus à Statuto limitatis.

Secus autem in altero, in quo ipse creditor jam satisfactus fit reus, cui suffragetur idem axioma, ut scilicet fu-giendi sufficiat vincere per non jus actoris, qui proinde gravatur onere concludentis probationis nullitatis, quam pro ejus intentionis fundamento allegat; Cum etenim, ex alio pariter quotidiano, ac recepto axiome, non dicatur plena, & concludens probatio illa, quæ contrariam habeat possibilitatem, quam excludere oportet, atque in terminis hujus Status, plures datus casus validitatis ibi-dem recentiss, hinc proinde docendum est de hujusmodi casum, seu limitationum exclusionem.

Potissimè, vero, (& fortius) ob hujus debiti judicalem ca-nonizationem, executioni etiam demandatæ, ac in judi-catum transactam, cum subsequuta pacifica observantia 15-gissimi temporis; Ideòque intrat alterum, pariter planum, ac receptum axioma, quòd decantari solitum, præsertim in hac materia contractuum, quæ per prohibitos cum de-creto judicis fiunt, ut pro isto sit præsumptum, donec de contrario doceatur, & consequenter advertebam claram esse fallaciã circa applicationem aliquarum ex dictis con-clusionibus generalibus rectè precedentibus in dicto alio casu, in quo creditor fit actor, ut supra.

Licet enim, ut præsertim advertitur *sub tit. de cred. disc. 2.* & in aliis, pecunia liberata creditori cum ista cautione de restituendo prioribus, & posterioribus, ac ad omne mandatum, &c. extare dicatur perinde, ac si soluta non esset, neque dici valeat agi de formalis repetitione indebiti vite quod credi-tor efficiatur versus postestor, cum dicatur species precariæ, seu provisionalis confirmationis; Attamen id rectè procedit ad effectum, ut creditor juvari non possit aliis privilegiis possessorii competentibus, de quibus *d. disc. 2.* & in aliis *de cred.* Sive ut Judicè consignanti, potestatis, seu jurisdic-tionis quodvis refricare non valeat, ubi potissimum adeest clausula, ad omne mandatum, &c. ex iis, quæ habentur deducta *sub tit. de jurisd. disc. 94.* & in dicta sua materia *cod. tit. de credit. disc. 2.* & in aliis; non tamen facit, quin verè, ac de facto sit reus, quòdque alter creditor, qui a-gendo in vim dictæ obligationis de restituendo illum pul-sat, docere concludenter teneatur de casu obligationis ra-tione anterioritatis, vel illius potioritatis, quæ in posse-riore refultat ab anteriori crediti in fessione; juxta rece-pam *dec. 492.* *Caualer. n. 1.* cum *vulgaribus.*

Præterea advertebam, quod aliisque necessitate expen-

dendi singula dicta fundamenta, vel singulas responsones, ut supra eis datas, reflectendum erat ad totam factissimam, cum regula, ut *singula quæ non profunt, &c.* Ita etenim re-sultabat hujus debiti clara validitas, quamvis singularæ con-clusiones in dictis responsonibus contentæ, singulariter, ac de per se subsisterent, ac essent veræ.

Ut enim patet ex supra allegatis decisionibus, quas hinc inde in hac materia habemus, eadem filiorum familias obliga-tiones, quandoque invalidæ declarate fuerunt, & quan-doque validæ, (unde propter è ignarum vulgus indebito ta-men, de hoc scandalizari solet; Ita enim sequutum est quom-niam ita unius, ac alterius facti qualitas exigebat; Ideòque pariter ista quæstio potius facti quam juris est, & conse-quenter ut in præcedentibus occasione contractuum, vel obligationum mulierum advertitur, certam non recipit re-gulam, seu determinationem generalem, sed diversimodè in singulis casibus pro eorum qualitate, & circumstantiis deci-denda est, indagando scilicet qualitatem creditoris, an esse verisimiliter informatus, quod debitor esset filius familias, sub paterna potestate ac administratione vivens, atque ita ad contrahendum inhabilis; Vel potius juste paterfamilias, ac sui juris reputetur; Ac propter è bona, vel respectivè mala fides, normam, seu regulam huic materię præbere videret, ponderando dicta fundamenta, non principaliter, ac de per se, perinde ac si quælibet ex dictis conclusio-nibus canonizari deberet, atque ex eadem decisio causæ pende-ret, sed tamquam circumstantias simul jungendas ad dictam bonam, vel respectivè malam fidem, injustitiamque, vel injustam credulitatem desumendam, ut præsertim re-ctè conjici potest ex dictis decisionibus 183. 184. & 185. post *Zacch. de oblig. camer.* in quibus ob diversas facti cir-cumstantias, in ejusdem Status terminis, modò pro va-liditate, ac modò pro invaliditate responditur.

Atque ita ego pluries, ac pluries, modò pro validitate, modò pro invaliditate ad causam scribendo, magis verò pro ve-ritate consultus; præsertim plerisque causis Januensis, 18 sed super interpretatione consilii Status, cum hac distinc-tione procedere consuevi, ut scilicet ad facti qualitatem, ac circumstantias principaliter adverti debeat, erroneèque sit, in decisionibus, vel doctrinis generalibus fundamentum consti-tuere, bene tamen eas attendere pro norma, ut Judicis arbi-trium (non quidem eviscosum, ut frequenter contingit,) sed bene regulatum sit à juris principis, magisque receptis propositionibus; Ponderando potissimè naturam, seu qualitatem contractus, an esset prudens, beneque regu-latus, qui patris familias congruat, vel è contra.

Et præsertim in dictis causis Januensis, ad eam circum-stantiam advertebam, de qua *disc. 34.* quod etiam minor in rebus mercantilibus hujusmodi Statutorum præfidi non juvatur, ideòque fortius in eo, qui fit major, quamvis patrem habeat; Et sic in summa, quod facti qualitas to-tum regulat.

Applicando autem ad rem, Non negabam veritatem re-sponsonis datæ ad quartum fundamentum, quod in Urbe viventes, quamvis baronias, & dominia, etiam jure Principatus possideant, jure civium habendi veniant, quòdque eam majorem figuram faciat in propria ditione, ob diver-sitatem, seu reduplicationem personarum, quæ in eis consideratur, ex pluries insinuatis *sub tit. de feud.* ac etiam *sub tit. de jurisdic. præsertim disc. 90.* quoniam supremum Princeps in propria ditione, si in altero principatu feudum subordonatum, vel rem privatam possideret, jure privati, seu simplicis Baronis censendus est.

Dicebam tamen id rectè procedere ubi principaliter de hoc subiectionis puncto ageretur, adeòque quæstio esset potestatis; Secus autem, ubi incidenter ad effectum regulandi qualitatem persone contrahentis, ut justè, atque cum bona fide patris familias, & ad contrahendum habitus reputari valeat, utpotè faciens figuram Magnatis, juxta eas conside-rationis, quæ in proposito ususfructus legalis acquirendi, necne patri in bonis filii habentur *sub tit. de servitutibus ad materiam ususfructus disc. 60.*

Ita pariter, circa aliam circumstantiam, quod hic viveret à parte seorsum in separato palatio cù separata familia more adeò qualificati, ac primarii Magnatis, ad effectum scilicet, ut ei non congrueret ratio, cum hac Staturaria dispo-sitio innixa est, ut filius familias in paterna domo, ac men-sa convivens, atque de omnibus necessariis bene provivus, nullam habeat necessitatem contrahendi debita, nisi ad effec-tum luxuriantibus, vel dissipandi, unde propter è hujusmodi personis credentes ab aliqua mala fide, ac fraudis suspicio-ne alieni non sunt, ut ad aliud propositum advertitur *sub tit.*

de feudis dis. 85. Se protius improprium est cum his terminis procedere, ubi agatur de persona splendide in proprio palatio cum propria familia, propriaque administratione, & impensa in figura Magnatis primi ordinis vivente, publicęque plures contractus ineunt te.

Idemque circa aliud fundamentum refundens ex donatione, vel assignatione, quam occasione matrimonii sibi fecit pater; Non quidem, ut exindẽ ad omnes alios effectus, formalis implicita emancipatio resultet, iuxta scolasticorum questiones in abstracto disputari solitas, de quibus apud Facchin. & alios ubi sup. Sed ut exindẽ, probatio, seu argumentum resultet, justam inducens credulitatem, ac bonam fidem, quod ita pater ab ejus magis subordinata administratione filium exemerit, ut de per se more patrisfamilias ejus, domum & familiam regat cum assignatis bonis, vel redditibus, quod contrahendi habilitationem perrecepte importat, cum impossibile sit vivere solum ex fructibus, vel redditibus bonorum, qui ob varia accidentia non semper prompti habentur.

Ideoq; ut aliud propositum adverteatur sub titulo de Regal. ad materiam vřdicatũ dis. 96. Aliud est, ubi principaliter agatur de questione patris potestatis inter patrem, & filium, adeoq; agatur de firmando statum personę, atque ad hunc effectum, diuturna habitatio seorsum, ac multiplicata actuum, aliamque requisita rigore desiderarunt, & alio modo, ubi incidenter ad istum, vel similes effectus; Atque in hoc consistit nimium deploranda hujus factus; Misera super tot frequentium æquivocorum incursum, quia scilicet proceditur cum conclusivis, & auctoritatis generalibus indefinitę in quocumque casu, unum ab altero non distinguendo, neque ponderando singulorum diversas circumstantias, & qualitates, & an finis, vel ratio legis congruat, necne.

Alius item hanc materiam indagando observabam, quod istud Statutum in effectu, aliud non disponit, nisi generaliter in omni contractu inducit id, quod jus commune ex Senat. Consult. Macedon. in solo contractu mutui disposuit, tolerando etiam vim juramenti, quod dictam juris communis dispositionem ex frequentiori usu cessare facit, dum in reliquis penę eadem verba desumptum est, ex textu in l. 2. C. de Macedonian. atque expiuntur casus ibi recensiti, generaliter expiendos omnes alios casus, in quibus Macedonianum non intrat; Ideoque in effectu statuentium intentio fuit se conformandi cum jure communi civili, removendo juramenti oblatulum, quod ex Jure Canonico resultat, solumque ejus dispositionem, quę ad unum contractum restricta est, ad omnes alios extendendi, sed ejus terminis retentis, dum ex magis communi, & recepta opinione, ubique præsertim vero in Rota, & Curia, paternis consensus requiritur pro interesse, non autem pro solemnitate ad integrandum personam adeoq; etiam ex intervallo accedere valeat, quinimodõ implicita approbatio sufficiat, atque revalide iuxta terminos textus in l. finali, Cod. ad Maced. ut apud Dunozett. decis. 584. & 649. & frequentior.

His ita positis, clarum æquivocum vivetur, hanc statutam dispositionem ita indefinitę attendere, etiam respectu bonorum, quorum pater usufructum non habet, & consequenter neque administrationem, ubi filius est major, atque per seipsum administrat; Quoniam ex eadem ratione, ob quam attendit dici juris communis dispositione Macedonianam, non intrat in bonis Castrensis, vel quasi, pariter intrare non debet hodie in adventitiis, vel in profectiis impropriis, qualia sunt ea, quę per patrem filio valide donantur, vel assignantur, adventitiarum naturam habentia cum majori circumstantia, quod in eis non competit ille usufructus legalis, qui in aliis adventitiis regulariter competit, ut advertitur sub tit. de date dis. 32. cum ibi deductis.

Ideo etenim jus commune ex Senat. Consult. Macedoniano, ita statuit adversus mutantes filiosfamilias non habentibus Castrensis, vel quasi, eo quia in ipsiis alia bonorum species non datur, cum totum id, quod quomodocumque in eos obveniret, quamvis a matre, seu aliis attinentibus, five ab extraneis, vel ex propria industria, peculium profectivum esset, pleneque jure patri acquireretur, adeoq; ejus filiorum interesse hujusmodi obligationes, & contractus filiorum respicerent, ultra aliam rationem infidiarum, quę vitę parentum ita resultare solent.

Peculiorum autem distinctio, ac præsertim adventitiis contractu distincti ad profectivum, introducta fuit per jus novissimum Justiniani in l. cum oportet, C. de bonis, qua lib. ut advertitur in §. 2. Inst. per quas person. nobis acquir. Et sic quando pro-

diit jus antiquum, vel medium, seu novum, de quo tot. tit. ff. & Cod. ad Senat. Consult. Maced. cognitum non erat peculium adventitium, quo mediate filiosfamilias alia bona præter Castrensis, vel quasi obtineret, & in quibus occasione eorum administratio contrahendi, vel se obligandi sine præjudicio patris, ac extra ejus causam motivum haberet, ideoque merito filiosfamilias habilitavit solum in concernentibus peculium Castrensis, vel quasi, quoniam in aliis id verificabile non erat, citra damnum, vel interesse patris, cujus consensus merito exigitur, dum ut supra, etiam hodie magis receptum est, ut paternis consensus non pro solemnitate, & ad integrandum, sed pro solo interesse requisitum sit; Igitur eadem ratio, quę in Castrensis, vel quasi dicto jure antiquo medio, vel novo militabat, hodie ex jure novissimo militare videtur in adventitiis, vel profectiis impropriis, quorum usufructus patri non quaeratur, quoniam si damus in filio dominium, ac facultatem administrandi, perneceesse dare debemus habilitationem contrahendi; Et consequenter, quod rigor Statuti procedere debeat, ut intret dicta ratio, quod scilicet filiosfamilias nihil habentes, nullamque administrationem, quę contrahendi necessitatem inducat, utpote in domo, ac mensa patris viventes, atque de omnibus necessariis provisi, aliam non habeant contrahendi, vel se obligandi causam, nisi jam dictam luxuriandi, vel dissipandi, ideoque propterea in ista, vel consimili facti specie, clarum videtur æquivoquam procedere cum dictis regulis, seu conclusionibus generalibus, quę in suis respectivę casibus sunt verę, non tamen cuicunque indefinitę applicabiles, sed pro qualitate, & circumstantiis facti, cujus verę esse ista quæritio potest, quam juris.

Ideoq; in centum, & ultra consimilibus controversiis, sub eadem inspezione cadentibus, cum hac distinctione quandoque pro validitate, & quandoque pro invaliditate pro facti qualitate responderi consuevi, cum eadem sint principia in suis respectivę casibus vera, sed punctata est in applicatione, & an in una potius, quam in altera parte versaremur, quod ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis pendet.

An autem hoc Statutum procedat cum districionalibus habetur sub tit. de cred. dis. 146. ANNOT. AD DISC. XXXVII.

DE CONTRACTIBUS FILIORUM FAMILIAS, & QUANDO VALEANT, ubi præsertim reputati fuerint sui juris, insinuantur aliqua sub tit. de cred. dis. 83. & 146. Et in hoc tit. dis. 63.

Facit sequens decisio ad præcedentem discursum.

R. P. D. MOLINES.

Romana Pecuniaria.

Veneris 17. Maii 1697.

Sub prætextu, quod Marchio Cornelius Frangipanus reperiret vexatam a nonnullis ejus creditoribus in Urbe, quodque propterea timeri potuissent evenus diversorum præjudiciorum tam contra illius personam, quam bona in grave damnum, & perniciem Marchionis Catharinae ejus uxoris, & Martii filii, prævis decreto, & auctoritate Judicis Terrę Nemoris Castri jurisdictionalis hujus Nobilis Familię, aliisque solemnitatibus necessariis, inducti fuerunt hæc Matrona, & Marius filius de eo tempore minor ad constituendum in solidum eorum legitimam Procuratorem Æneam Quiricum de Vecchis ad effectum (sunt verba præcisã mandati: Cum omnibus, & singulis, ac quibuscumque litibus, Judicis, causis, controversiis, presentibus, ac rationibus, & iuris quibuscumque inter ipsos Illustrissimos Dominos Consequentibus, & alias quascumque personas quomodolibet, quomodocumque, & qualitercumque, ac quocvis de causa, & occasione vertent. de presentibus, & que verti possent in futurum concordand. transg. & componen. etc. simul etiam tribuendo eidem Procuratori facultatem ipos constituentes, eorumque bona in ampliori forma obligandi).

Virute hujusmodi mandati procurę, cum inter alios Marchionis Carnelli Creditores recenseret Joseph Bussius in scut. 2756. 26. occasione cuiusdam apocę: Item in aliis scutis 756. 11. pro totidem presentibus expensis factis pro eisdem Marchionis Cornelli, naxque Domus servitio, & demum in scutis 962. 65. pro forte cuiusdam tam, idcirco præfatus Æneas Procurator, ut supra constitutus per viã transactionis, & concordie de eisdem tribus summis in totum constantibus scuta 4475. 37. fecit, & constituit veros debitores predicti

ti Bussi, Marchionissam Catharinam, & Dominum Martium ejus filium, satisfaciendos in infra scriptum modum, videlicet sc. 3513. 37. ad omne ipsius Bussi beneplacitum, & requisitionem, pro aliis vero sc. 961. mediante venditione vineę fideicommissarię poste extra Portam Lateranensem, familieque nomen sortite, obligando ad præmissorum obier vantiam omnia bona prædictorum Dominorum Marchionis Cornelli, & Catharinę, & Martii.

Capta per Bussium possessione hujus vineę successivę, ac de anno 1692. cum reperiret debitor Domini Principis Borgheisi in summa scutor. 1600. scribit, ratam sui prænominati crediti scutor. 3513. cessit eidem Domino Principi. Qua de re convento Domino Marchione Mario pro solutione dicti crediti, Reverendę Patris Dominus meus Lancetta tunc Auditoris Camera Locum tenens tulit ad illius favore sententiam absoluturam, à qua mihi commissa appellations causa, dedi dubium: An constet de credito, & pro qua summa. Et negativum pro crediti non existentia prodiit responsum.

Inevitabili siquidem nullitatis vitio laborare visum fuit præratum instrumentum transactionis initum per Æneam procuratorem nomine Marchionis Martii, cum non appareret in eo servata solemnitas, quas adhiberi præscribit in contractibus mulierum, & minorum Statutum Urbis in cap. 51. lib. 2. Ex illo proinde nulla oriri potuit, nec civilis, nec naturalis obligatio, Gross. de contract. minor. in §. 2. quæst. 58. num. 8. Urceol. consultat. 44. num. 2. Rota post Pich. ad Stat. Urbis decis. 60. num. 31. Adde. ad decis. 81. num. 30. & seqq. part. 8. & decis. 98. numer. 2. part. 11. recent.

Minime suffragante repetitione, & quod cum in mandato procurę ad transigendum, cujus vigore dictus Procurator venerat ad controversum instrumentum transactionis adhibita fuerint omnes solemnitates, opus non erat illa denuo servare in eodem actu consecutivo transactionis. Receptissima quippè est in hac materia distinctio, quod aut agitur de mandato procurę facti à minore, aliisque contrahere prohibitis ad transigendum, vel alias contrahendum super certa re speciali, vel aliquo determinato negotio, & in hoc primo casu sufficit, quod adhibeat solemnitates in Constitutione Procuratoris ad illud actum specialiter explendum abique precisa necessitate illam repetendi in contractu successivę pro ipsius Procuratorem ineundo, qui non est casus noster. Aut verõ agitur de mandato procurę generali ad contrahendum, & transigendum super omnibus negotiis, & præsentibus minoris indistinctę, prout ex verbis supra transcritis cantat, mandatum procurę, de quo res est, & in hoc alio casu in singulis actibus, & obligationis successive stipulandis repeti debent solemnitates, ut allegatis antiquioribus distinguendo concludunt Pich. ad Stat. Urbis c. 151. gloss. 7. n. 121. & seq. Carpam. ad Stat. Mediolanen. c. 326. n. 93. & 94. Scac. de Judiciis lib. 2. c. 2. n. 10. Gabr. de reg. jur. conclus. 3. n. 35. Gratian. discept. 409. n. 35. Cyriae. controv. 308. n. 18. Baron. de effect. min. etat. circa contract. effect. 2. n. 168. p. 2. Graff. de contract. min. in §. 2. c. 26. n. 17. Urceol. de transact. qu. 14. n. 14. Jovius de solemn. in contract. minor. gloss. 16. §. 10. n. 72. Rota cor. Cardinali Millino dec. 37. n. 7. & 8. repetit. post Pich. ad Stat. Urb. n. 10. & 11.

Ea quidem clara discriminatione, quia in primo casu mandati specialis ad contrahendum super aliquo determinato negotio, tam Judex, quam Consanguinei in ipso actu cognoscendi, an concurrat justa, & legitima causa, ob quam minores de venire debent ad Constitutionem Procuratoris ad transigendum, simul & femel remanent informati de veritate, ac justitia causę necessarię ad eundem contractum successivę explendum. Quam tamen exactam cognitionem, & discussionem nequaquam habere, ac facere possunt, quoties agitur de autorizando mandato generali ad contrahendum, & transigendum super controversiis, & presentibus motis, & movendis; nam tamen in genere Judex suaveri valet suppetere causam legitimam ad transigendum super omnibus negotiis, & presentibus, peculiariar tamen non potest censeri informatus, neque in specie dicere valet, an hic, vel ille contractus, hoc, vel illo modo celebrandus adhibeat in evidens damnum, ac supplementationem minoris, vel in illius utilitatem, ideoque jure merito factum est, ut Procurator generaliter sic constitutus non habeat laxatas habenas contrahendi super particulari negotio ad libitum suę voluntatis, & arbitrii sub clypeo adhibitarum solemnitatum in Illius constitutione in Procuratorem, sed tenetur adire Judicem, ad effectum

cognoscendi, & discutendi naturam singulorum contractuum, modum, & conditiones in eo contentas, & super singulis in specie suum consensus, & auctoritatem interponendi, ut præter supracitatos bene ratiocinatur Barzius dec. 95. nu. 1. & per tot. Castald. controv. 3. nu. 3. & Rota dec. 522. n. 3. coram Coccino.

Porro hujusmodi fundamentum defectus solemnitatum de se sufficit ad irritandum contractum transactionem, ut Domini ultero procedentes existimarunt ipsi summe mandatum generale datum Æneæ ad transigendum, quantumvis solemnitatibus munitum, ex falsitate nihilominus causę Judicis præsuppositę vitari, & corrumpere, ac per consequens in sequelam irritam etiam esse hoc alio capite ipsius instrumentum transactionis, cum satis explorata sit propositio, quod obligatio facta ex falsa causa, nullum recipit vigorem, decretumque super ea interpositum esse defectu consensus ruere, perinde ac si adhibitus non esset, l. 1. §. hoc verba, ff. ne vis fiat et. l. magis puro §. si ex alienum, ff. de reb. eorum, & in l. si ex falsi, Cod. de transact. Cytac. controv. 257. n. 15. Rot. cor. Ludov. dec. 466. n. 15. Card. Celsus dec. 233. n. 8. & §. de dec. 331. n. 14. p. 17. rec.

Narratum siquidem legitur Judici ad effectum extorquendi ipsius consensus, quod Marchioni Cornelio contingere poterant pleraque præjudicia, tam contra ejus personam, quam bona quęque in sequelam redundabant in perniciem Marchionis uxoris, & Martii filii, quod presuppositum in utraque illius parte minus verum existeret, quamvis ad irritandum decretũ Judicis ratione illius individuitatis fact, et, quod causa detegeretur falsa in aliqua tantum parte, Cast. in l. si non sortem, §. si cum sum. n. 2. ff. de condit. instab. Grat. cap. 122. n. 5. & seqq. & respondit Rota cor. Card. Cello dec. 233. n. 9. cor. Dunoz. Jun. dec. 792. n. 20. & cor. Zarate dec. 109. nu. 15. ac late dec. 97. n. 7. & 193. n. 6. par. 15. rec. Non quoniam substitebat dicta narrativa quoad supposita præjudicia personalia, quoniam cum Marchio Cornelius insignitus esset qualitate Baronali, non subjacebat molestiis personalibus, neque pro debito civili poterat carcerari, Vasq. de success. creat. §. 22. n. 75. Guttier. de juram. par. 1. c. 16. n. 1. Maufo. de caus. exequat. l. 1. m. 3. n. 3. & de hoc solito non exequendo mandata in personis Baronum, aliorumque virorum Illustrium Urbis, continua docet experientia, & testatur Salust. Tiber in præxi. l. c. 4. m. 4. Scannarol. de vifit. caret. rator l. 3. §. 10. c. 4. n. 2. Minusque verificari poterat quoad præjudicia in bonis, quia cum totum ejus patrimonium presuppositum esset fideicommissum Martii Senioris de Frangipanis canonizato per sententias plurimum Tribusnalium Urbis, ac etiam Rotę in Romana, seu Albanę. Castri Nemoris 21. Junii 686. coram bene memoria Emerico, confirmata 14. Maii 688. coram Eminentiſsimis Caccia, & in alia Romana Pecuniaria 14. Maii 688. coram dicto Eminentiſſimo Cardinali Caccia Archiepiscopo Mediolanensi, fuit; ejus bona obnoxia non erant nullius generis distractioni. Idque etiam dicendum de bonis jurisdictionalibus, non resistente Bulla Baronum Clementis VIII. cum ante contractum æs alienum constet de illorum exhibitione in Archivio, quadebant proinde privilegio notę Constitutionis Urbanę VIII. de qua Cardinalis de Luca de feud. ad Bullam Baron. dis. 73. n. 14.

Non relevante, quod nonnulla ex dictis debitis dicantur contracta pro conservandis bonis fideicommissariis, illiusque vindicandis à variis controversiis tunc temporis vigentibus, proindeque pro illorum solutione distrabi, ac substatari potuerit fideicommissum, ad Textum in l. ubi pater, §. Quid trahendi, ff. ad Trebell. Peregrin. de fideicommiss. art. 35. nu. 10. Rota coram Ludovici. dec. 509. ibique Adde. & in recent. dec. 76. n. 8. par. 12.

Nam ad justificandam versionem in utilitatem, & manifestationem bonorum fideicommissariorum nulla alia deducenda fuit probatio, quam confessio Marchionis Cornelli contenta in apoca obligationis emissæ favore Bussi, & tamẽ in hoc casu, quo contractus gestus nomine minoris redarguitur vitio nullitatis, õnus est allegantis versionem eam concludentissimis probationibus demonstrando, Fenz. ad Stat. Urbis cap. 15. m. 36. Jovius de solemnitatibus in contract. minor. gloss. 15. §. 7. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 7. nu. 20. Rota post Pich. ad Stat. Urb. dec. 60. num. 5. coram Cardin. Cello dec. 233. nu. 9. & 10. & quidem alio medio, quam per Partium contrahentium assertionem, Fus. de substitut. quæst. 531. num. 173. Rota in Romana fideicommissi de Patriarchis 9. Junii 1687. §. 1. coram bene memoria Emerico Decano, & in specie alterius simillis concessionis Marchionis Cornelli, dixit in Romana Pecuniaria 14. Maii 688. §. Non

6. Non obstat, coram Eminentissimo Archiepiscopo Mediolanensi.

Multo minus hujusmodi probatio refutare valet ex productione aliquorum jurium, alias facta in Rota pro Marchione Mario; nam omisso, quod dicta jura exhibitia fuerunt in alia diversa causa, que agitabatur cum Comite Bigazzino, & ad alium effectum, quod operatur, ut nequeat ex sola productione induci improbatio, Rota dec. 236. num. 4. & 5. par. 2. rec. Adhuc obsequitur cessat ex facto, ob expressas, & individuales pretervivas contentas in ipsa productione, ibi - Citra aliquam probationem omnium, & singularum infrascriptarum scripturarum, aut cujuslibet ipsarum in eo, quod tangunt interesse, & iura Primogenituræ Frangipanæ, & non alias, &c. ita quod, &c. & semper per compulsum, & in quantum, ut supra, Summario Domini Principis num. 5.

Prout neque urgere visa fuit replicatio, quod si non competeat Creditoribus Marchionis Cornelli gravati actio contra capitalia bonorum fideicommissariorum, saltem insistere poterat pro alienatione fructuum, & vitæ ipsius Marchionis, Surd. consil. 194. num. 27. lib. 2. & decis. 254. num. 13. Salgado. in labor. creditor. part. 1. cap. 24. num. 58. & leg. Cardin. de Luca de cred. disc. 151. num. 5. Rota coram Mesinio dec. 21. num. 9. quod sufficere videtur ad verificationem narrativæ præjudiciorum adversus bona Marchionis contingibilem.

Placuit namque responso, quod neque minus periculum sequæfratationis bonorum fideicommissariorum relinquitur in præjudicium Marchionis Marii, adeoque reparari debuisset pro causa legitima sese obligandi favore patris. Quoniam cum ipse Martius esset vocatus ad primogenituram satis competentem est, quod ex fructibus primogenituræ illi competentia alimenta etiam vivente genitore, & in præjudicium illius creditorum, ex formatis per Peregrin. de fideicommiss. art. 82. n. 86. Cola de remed. subisd. remed. 5. n. 6. & Rota dec. 265. num. 12. par. 12. & dec. 87. par. 14. rec.

Præterquam, quod neque super fructibus bonorum primogenituræ actio aliqua à creditoribus experiri poterat ad vitam eiusdem Marchionis Cornelli debitoris. Tum quia Marchio Marius Frangipanensis Senior, in testamento, quod condidit anno 1630. constituendo perpetuam primogenituram pro conservatione splendoris suæ antiquissimæ, & nobilissimæ familie arduissimè prohibuit quamcumque obligationem, alienationem, pignorationem, & hypothecationem tacitam, vel expressam, ut refert Rota in decisione emanata favore eiusdem Marchionis Marii in Romana, seu Albanen. Castri Nemois 21. Jun. 1686. in principio coram bonæ memoriæ Emerix, impressa post Torr. de major. & primog. l. 3. dec. 72. Quapropter neque hypotheca subriteri ullo modo potest super commoditate percipiendi fructus in vita debitoris, & hæresis gravati, ex latè firmatis per Rot. in eadem Romana, seu Albanen. Castri Nemois 14. Maii 1688. coram Eminentiff. Caccia, s. Demum, & Romana pecuniaria contra creditores Marchionis Cornelli eodem die, & coram eodem Ponente contemperante proposta, 6. Neque aliquod jus, & etiam dixit Rota in dec. 18. per tot. p. 15. rec.

Fortius, quia dum ex quampluribus alienationibus, ac pignorationibus factis à Marchione Cornelio de bonis primogenituræ subjectis, ipse ad formam testamenti Marchionis Marii Senioris ceciderat in commissum, & bonorum possessio, eodem temporis momento, quo factæ fuerunt alienationes, transierat in Marium filium, ut fuit resolutum in dicta Romana, seu Albanen. Castri Nemois 21. Junii 1686. coram bon. mem. Emerix, & in illius confirmatoria 14. Maii 1688. coram Eminentissimo Caccia. Inde sequitur, quod creditores Marchionis Cornelli nullum jus habebant, neque habere poterant super commoditate percipiendi fructus ex bonis primogenituræ ad vitam eorum debitoris, ut prosequitur Rota in dicta decisione Romana, seu Albanen. Castri Nemois coram Emerix, impressa post Torr. de major. & primog. l. 3. dec. 72. & 2. tom. 3. & in alia Romana Pecuniaria 14. Maii 1688. coram Eminentiff. Caccia, s. Neque.

Ex quibus itaque omnibus liquido patet de nullitate, tam dani ad generaliter transigendum dicti Henræ de Vecchiis tribu. quam etiam successive transactionis stipulatæ cum Bonifio. Verum respectu huius transactionis nullitas evidentiùs dignoscitur ex ponderatione, quod in rei veritate nihil aliud, quam solum nomen transactionis præferre videtur; Deprehenditur enim ex illius lectura, eam tantummodo continere puram, & simplicem obligationem solven-

di prenarrata credita Bussii, necnon eorû parâ effectivam solutionem mediante traditione prædictæ vineæ fideicommissariæ absque ulla inagrabili remissione favore Marchionissæ Catherine, & Marii transigentium, qui ex eorum obligatione profuerunt in tuto prædicta credita Bussii, quin ab ipso aliquid lucri consequerentur contra formale constitutum transactionis, quod est, ut utrinque aliquid detur, vel remittatur, l. transactio nullo dato 38. C. de transact. quod sanè operatur, ut quatenus controverta transactio aliunde non vitaretur, adhuc ex hoc altero capite evaderet ipso iure nulla, Card. de Luca de alienat. & contr. disc. 50. n. 6. Urceol. de transact. q. 100. n. 1. cum segg. Rota coram sanctæ memoriæ Alexandro VIII. dec. 28. n. 7. & dec. 279. coram Carillo, & in recent. dec. 75. n. 14. & dec. 244. n. 29. par. 16. rec.

Et ita utraque Parte informante, &c.

BAREN. OBLIGATIONIBUS PRO CREDITORIBUS CUM HERCULE PAPPAGODA.

Casus decisus per Rotam pro creditoribus.

De prohibitione alienationis bonorum, ad quorum titulum Clericus ad sacros ordines promovetur est, quando, & quomodo procedat, & an sub dicta prohibitione veniat hypotheca, & quomodo ista sit exercibilis.

S U M M A R I U M.

- 1 F A C I S E R I E S. Resolutions cause. De prohibita alienatione bonorum, ad quorum titulum quis est promotus ad ordines. De ratione dictæ prohibitionis. Quod sub dicta prohibitione veniat etiam hypotheca. Rejicitur, vel declaratur id, quod dicitur de hypotheca. De differentia inter prohibitionem istorum bonorum, & illam bonorum Ecclesiæ. Quid Concilium Tridentinum in hoc statuiverit. Si Clericus est aliunde provirus bene alienat, & prohibito cessat. Quid referandum sit pro Clerici subventionem. An debeat haberi ratio nobilitatis. De eodem.

D I S C. XXXVIII.

Marchio Capurisi Franciscus Pappagoda, contemplatione matrimonii contracti per Josephum filium primogenitum, feudorum refectionem, aliorumque bonorum donationem illi fecit, sibi reservatis duobus 35. mil. ex quibus deinde donavit Herculi filio secundogenito datatos 8. mil. pro quibus promissit solvere fructus ad rationem quinque pro centenario, ac successivè donatarius ad sacros ordines promovetur fuit ad titulum istius patrimonii; Cuiusmodi postmodum dicti fratres, quemdam reditum vendidissent Palmeriis, aliasque obligationes fecissent, pro quibus (primogenito sortè principali debitor non solvente;) Hercules creditorum molestias timebat, Hinc ex remedio text. in l. diffusari. ff. de ingen. & manuss. l. 1. si contendant, ff. de fideiussor. quod in Curia iactationis, ad iactationem dicitur, in partibus autem, sub præventionis nomine explicari solet, iudicium instituit coram eius Ordinario Baren. à quo sententiam reportavit, declarantem à creditoribus molestias inferri non posse super dicto capitali dicto. 8. mil. eisque fructibus, tanquam patrimonio, ad cuius titulum sacrorum ordinum collatio facta erat, salvo eorundem creditorum juribus super aliis dicti Herculis bonis, à qua sententia interposita appellatione, & commissa causa in Rota cor. Albergato, datoque dubio, an obligatio subsistet, & pro qua parte, sub die 13. Martii 1665. afirmativa prodit resolutio favore creditorum, ex eo tantum fundamento, quod non iustificaretur in actis dicta qualitas donationis, ac respectivè promotionis ad titulum patrimonii; Cuiusmodi obtemperavit adversus decisionem nova audientia, id iustificatum esset in repositione causæ, sub die 17. Martii 1666. perstitum fuit in predictis super validitate obligationis, reservando declarationem, in qua annua quantitate obligatio non esset exercibilis, donec dictus Hercules viveret, quatenus aliunde provirus non esset, unde ipse acquir-

vic,

vit, atque cum creditoribus se concordavit, ideoque causa ulterius non progressum non habuit.

Prima igitur disputatio quoad ea, quæ juris sunt, ferè nullam habuit inspectionem, dum de plano fundata remanebat intentio creditorum invalida, & generali obligatione omnium bonorum contracta per virtum maiorem, ac sui juris, dictaque circumstantia, ex qua dicta obligationis validitas, vel effectus in ipso capitali impugnabatur, nullam habebat facti iustificationem, ideoque major quæstio fuit in secunda disputatione, quando dicta circumstantia jam purgata fuerat.

Dicebant autem Scribentes pro Clerico debitore, clarum esse dictæ obligationis invaliditatem ex dispositione Sacri Concilii Trid. sess. 25. de reformat. cap. 2. ubi quomodolibet prohibetur resignatio beneficii, ad cuius titulum quis ordinatus est, atque alias resignatio absque hæc specialis mentione est nulla, quinimò etiam ea facta, ubi non iustificetur resignatio esse aliunde provirus, & commode vivere posse, ex iis, quæ habentur pluries in sua materia sub tit. de beneficii, ut in invalida sit alienatio bonorum, ad quorum titulum eadem promotio ad ordines facta sit, ex deducis per Barbof. de Episcopo allegat. 19. & in collecti ad idem Concilium disc. cap. 2. & Cutell. de donat. disc. 2. par. 12. n. 83. per quos cæteri de more cumulantur, quorum auctoritas desideranda non est, ubi lex clara habetur.

Atque ego observabam, quod potuissent in idem deducere, quæ habentur sub tit. de donat. pluries ad materiam prohibet retrodonationem factæ contemplatione certi, & determinati matrimonii, si ve ipsorum bonorum ita donatorum alienationis, ob jus, vel interesse secundarium uxoris, & filiorum, dum in presenti adesse quoque dicitur idem interesse secundarium, tam Episcopi ordinantis, aliis ad alimenta promoti obligati, quam etiam Ecclesiæ, totiusque Ordinis Clericis, ut occasione retrodonationis huiusmodi donationum pariter in dicta sua materia adverterit.

Quia verò non agebatur de vera, & propria alienatione, sed solum de hypotheca generali, conabantur idem scribentes deducendo auctoritates collectas per Barbof. & Cutell. locis supra citatis, probare, ut quod per decretum Concilii in alienatione dispositum est, in hypotheca quoque procedat.

His tamen non obstantibus, (cum sensu etiam veritatis,) contrarium dicebam verius esse, scribendo pro creditoribus, ideoque resolutions, iustæ, hæcque fundatè visæ sunt, quoniam iuxta ea, quæ in fortioribus terminis alienationis bonorum Ecclesiæ habentur per Rotam apud Rojas dec. 61. cum aliis supra disc. 1. hypotheca generalis non cadit sub dispositione Extrav. Ambrosiæ, nisi quatenus per illius exercitium alienatio bonorum prohibitorum (sequi debet, fectus autem, ubi excedenda esset solum in actibus).

Ità fortius iuxta congruam applicationem, dicebam (& Rota amplexa est,) quod cum ista prohibitio non sit realis, ut est illa bonorum Ecclesiæ, sed fit solum accidentaliter, vel causativa, ad certum scilicet finem, seu effectum, ut interim promovetur, congruam habet subventionem, neque cum ordinis Clericali dedecore mendicare cogatur, hinc proinde, dum actus vere alienationis ipsorum bonorum factus non erat, debet dici valeat, quod ob contraventionem conciliaris decreti intrate possit ejus nullitas, ita sufficiebat ejusdem decreti finem impleri, si ve effectum sortiri, cum præservativa congrue summissæ donec viveret, si ve de beneficiis, vel aliis congruè provirus esset.

Adeoque Concilium in hac parte; solum strictius demandare videatur, id quod per sacros Canones dispositum est 8. in c. Odoardus de solutionibus, & in c. pervenit de fide iussor. ut Clerico debitori dimitti debeat tot bona in fructu tantum ad vitam, & que ad ejus subventionem sufficient, firma eorundem bonorum obligatione remanente ad commodum creditorum post sequutum ejus mortem, vel provisionem aliunde, ex iis, quæ ad hanc materiam c. Odoardus, habentur pluries sub tit. de cred.

Quodque ista prohibitio percutiat solum dictum finem, seu effectum, ideoque, ubi præsertim non agitur de vera, & formali alienatione sine licentia Episcopi, cum positiva dicti decreti contraventione, sed de hypotheca, eisque effectu, vel executione, inspicitur solum finis, seu effectus prædictus; Comparari dicebam ex eo, quod ex magis communi, ac probabiliori opinione, ubi Clericus ad sacros ordines ad titulum patrimonii promovetur est, deindeque obtinet beneficium sufficiens ad congruam subventionem,

tunc cessat dicta Conciliaris prohibitio, redtæque alienari possunt bona, ad quorum titulum ad ordines promovetur est, ut apud Gratian. discept. 159. num. 14. Garf. par. 2. cap. 5. num. 186. & segg. Barbof. allegat. 19. num. 89. & segg. Fagnan. in c. Episcopus de præben. num. 46. cum segg. ac probat ad litteram ipse contextus Conciliaris decreti, dum utitur illo verbo, donec, &c.

Agnoscentes alterius partis defensores, quod nullitas non esset sustentabilis, atque videntes, quod ego scribens pro creditoribus admittebam, ut non confuso de congrua provisione aliunde, deberet salva dimitti summa congrua, 10 donec ipse Clericus viveret, seu provisionem obtineret, nihil in se insitebant in eo, quod totus redditus præservatus esse deberet, dum agebatur de viro Nobili, ac filio Magnatis, cui pro congrua subventionem pro decore suæ nobilitatis, vix iste redditus sufficiebat, cumulando ea, quæ habentur apud Merlin. dec. 5. & passim super arbitria materia taxationis alimentorum, ut qualitas personæ, ac mos regionis, non ad præcisman naturæ necessitatem, sed ad illam congruentiæ taxa fieri debeat, juxta ea, quæ in materia taxæ dotis congrua habentur plene deducta sub tit. de dote disc. 144.

Iuste autem, ac rationabiliter ista prætenso rejecta fuit, solumque circumspectè reservata est taxa facienda pro arbitrio ex regionis moribus adhuc non iustificatis regulando, quoniam decretum Conciliare non distinguit nobiles ab ignobilibus, si ve majorem, vel minorem nobilitatem, sed solum respectum habet ad ipsum ordinem Clericalem in universum, & ne, qui in eo constitutus est, cum ipsis ordinis dedecore, mendicare cogatur, unde sufficit istud inconveniens cessare, eique provideri, absque singularium personarum distinctione; Dando in hoc exemplum prædictum Religionum, vel Congregationum Regularium, vel secularium, in quibus sub eodem instituto vivitur, quod non inspicitur ad natalium qualitates, sed omnes pariformiter eodem habitu utuntur, eundemque habent vivendi modum; Ac propterea non incedere cum curru, & numero famulatu, est quidem præjudicialis statui, & ordini magnatitio, vel nobili juxta sæculi pompas, ac secularium usum, non autem ordini clericali, & consequenter hæc inspectio percutit potius terminos diversos textus in l. male, si ve illum styllum, qui habetur in Hispania reservandi possessori majoratus alimenta cum potioritate supra creditores ex iis, quæ habentur sub tit. de fidei. disc. 170. sed hoc nihil commune cum casu quæstionis.

Adhuc tamen admittebam, quod de ista qualitate ratio habenda esset, cum vir nobilis non possit explicare illos actos ad ejus victum necessarios, quos citrà dedecus ordinis Clericali exerceat vir popularis, cum ecclesiastica tamen moderatione, non autem cum pompis sæculi, unde propterea mihi videbatur, (& Rota inclinabat) quod habitus informatio summissæ, quæ in ea diecesî congrua reputatur, ut promotio fieri valeat, ea dupliciter accipitur, ut ita de honesto famulatu provirus remaneret, dum Clerici constituti in ordine presbyterali aliud habent subsidium eademque Misarum.

ANNOT. AD DISC. XXXVIII.

Secunda decisio in præsentî discursu enunciata est im- pressa, dec. 439. par. 14. recent. De patrimonio autem clericali videri poterunt deducita sub tit. de donat. disc. 11. & in annot. ad S. C. T. disc. 14.

AMERINA BONORUM PRO COMITE LAURENTIO DE MARSCIANO CUM N.

Casus disputatus in Sacra Consulta, credo, resolutus pro Comite.

De prohibita alienatione in forenses, quomodo, & quando procedat; Et an huiusmodi prohibiciones fieri possunt per inferiores, necne.

S U M M A R I U M.

- 1 F A C I S E R I E S. Commendatur Tribunal Sacre Consultæ pro facili recursum subditorum. Statuta Civitatis dominantis in loco subdito, cessante statu particulari, debent attendi.

4 De

- 4 De Castri, vel Pagis dismembratis à Civitate, & possis sub aliena jurisdictione, ut non cadant sub Statutis, & num. 8.
- 5 Statuta prohibentia alienationem in forenses, sunt à jure exorbitantia, & num. 10.
- 6 Civitates, vel Domini recognoscunt Superiorem non possunt condere Statuta contra jus.
- 7 In specie, quod non possint à Subditis fieri dicta Statuta inhabilitantia forenses.
- 8 De conclusione, de qua num. 4.
- 9 Observantia in hoc esse deferendum.
- 10 Contrarium ejus, quod habetur num. 5.
- 11 Quod dicta Statuta sint potius favorabilia, & juri conformia.
- 12 An afficiant Clericos, & Ecclesiasticos.
- 13 Sub nomine juris communi, an veniat Statutarum Civitatis dominantis, vel commune Romanorum.
- 14 Constitutiones Apostolicæ, vel leges generales Principatus dicuntur juri commune, non autem statutarum.
- 15 De eadem conclusione, de qua numer. 6. & declaratione.
- 16 De alia declaratione, & quando etiam Domino inferiori liceat inhabilitare forenses.
- 17 Quando Domini inferiores habeant etiam Regalia, illud præferunt succedendi in bonis vocantibus.

D. I. S. C. XXXIX.

Inter quamplures controversias habitas per Comitum Laurentium de Marciano dominum Castri Guardæ, quarum in parte mentio habetur sub tit. de Regalib. disc. 146. & sub tit. de servit. disc. 36. omnium prior, circa meæ professionis initia, fuit ista, quod facta per aliquos dicti Castri incolas alienatione quarundam prædiorum rusticorum in forenses, absque consensu dicti Comitum, prohibentis idcirco dictarum alienationum effectum, incertum esset, an ex parte venditorum, vel ex illa emptorum, recurrendum fuerit ad Sacram Consultam, quæ verè magnum ac nunquam factis commendabile Tribunal est, ad referandum Baronum, & Dominicorum, ac etiam Gubernatorum, aïorumque concussiones in vassallos, & subditos, quibus tamen quandoque ex benignis, ac promptis iustis Tribunalis aurius nimia licentia ulque ad petulantiam conceditur, ideoque dicere consuevit, quod eadem vigilantia, quæ habetur, ne vassalli opprimantur à Baronibus, ita è converso haberi deberet, ne Baronum continentur, vel inquietentur à vassallis, puniendo quandoque indebitè recurrentes.

In hac igitur disputatione, pro dictarum alienationum prohibitione, sui invaliditate, processum fuit cum fundamento Statutorum Civitatis Castri, de cuius districtu, vel membris fuisse antiquitus istud Oppidum, seu Castrum Guardæ, pro certo supponebatur, ideoque dicebatur intrare receptam, & quotidianam propositionem, ex theor. Bart. in l. 41. Cod. que sit longa consuetudo, ut statutum Civitatis dominantis, quoties non accedat incompatibile Statutum particulare, servari debeat in locis Comitatus, vel districtibus, ut passim habemus de Staturo Urbis, ac aliis extra controversiam, cum id non impugnaretur in abstracto.

De duobus autem in contrarium opponebatur; Primò scilicet, quod ab antiquo iustis Castri dismembratio à dicta Civitate, cum diverso dominio sequuta esset, eo quia dicta Civitas, cum aliis Oppidis, & locis illam Statum constituentibus per Paulum III. iure feudali veri, & fore etiam dignitatis, infundata fuisset Duca Parmæ, istud vero Castrum per inferiores, magisque subordinatos Dominicellos, absque aliqua investitura, vel servitio feudali, possessum fuisse in alodium, iuxta eam impropiam, ac subordinatam alodialitatem, de qua pluries habetur sub tit. de feudis; Et consequenter, quod dicta Statuta attendenda non essent, ex his, quæ cæteris relatis habentur apud Franch. & Adden. dec. 129. Gizzarell. dec. 24. Rovit. dec. 11. apud quos cæteri, de Castri, seu Pagis, aliàs Casalibus sub diversa jurisdictione, vel dominio, à Civitate, seu loco dominantis, ejusque antiqua jurisdictione dismembratis.

Et secundo, quod ubi etiam dictum Statutum attendi deberet, adhuc tamen, cum in hac parte esset contra jus, atque ab eus dispositione exorbitans, utpotè impediens libertatem derivantem, ex dispositione textus in l. dudum, Cod. de contrah. empt. ob cuius dispositionem, ex magis communi, ac recepta opinione, de qua pluries sub tit. de

servit. ad materiam retractus, ius congrui etiam vicinitatis, vel sanguinis reputatur odiosum, & contra jus.

Hinc proinde resultat, quod Civitatibus, vel Dominis recognoscitibus Superiorem, non competit facultas condendi hujusmodi Statuta; Idque si generaliter de jure procedit, multo magis in Statu Ecclesiastico ex Constitutione Aegidiana, ex deductis apud Buratt. dec. 6. & advertitur alibi pluries præsertim sub tit. de success. ubi magis de hac Statutorum materia agitur.

Et in his præcis terminis hujusmodi Statutorum prohibentium alienationes in forenses, quod fieri non possint per Dominos, vel Civitates subditas absque Apostolica auctoritate, quæ debet esse expressa, & specifica, & non sufficit in forma communi, minidque illa præsumpta, quæ resultat à longissimi temporis decursu, plenè prægat Gratian. discipul. 245. n. 37. cum seqq.

His tamen non obstantibus, scribens pro Comite, contrarium verius esse dicebam, atque ad objecta respondendo; Quatenus ad primum perinet, advertebam sub questione esse, an mutatio jurisdictionis importet mutationem territorii, & cessationem subjectionis legum, & Statutorum, ex deductis per Felin. in cap. cum causam de probat. m. 12. A pont. cons. 61. m. 6. plenè Cyriac. contrav. 477. prima n. 18. ubi de Oppido Carpi, quod prius erat de jurisdictione, seu districtu Ferrarie, postea effectum est de dominio Ducis Mutinæ, ibique elaboratè de more multis colligit, præsertim Consulentes firmantes, ut non obstante diversitate domini, vel jurisdictionis, adhuc vim habeant, ac servari debeant Statuta Civitatis dominantis, quod etiam probabiliter esse patet, ex eisdem supra in objectum allegatis.

Ac propter quicquid esset de articulo, generaliter, ac abstractè considerato in solo puncto juris, absque alio facti fomento; Dicebam fuisse, ut id esset dubium, ad disputabile, ut proterè defendendum esset observantia in omni materia ambigua optimè interpreti, ex his, quæ ultra generalia habentur apud Cyriac. discipul. 477. n. 18.

Quoverò ad alterum objectum, Negabam dictam assumptam à Grarian. ubi sup. præsuppositionem, quod hujusmodi Statuta essent exorbitantia, ac odiosa, cum potius juri conformia videntur, ac favorabilia, ut probare videtur idem text. in l. dudum, Cod. de contrah. empt. in fine, & meliùs probat textus in l. Cod. non licere habitatoribus Metrocopiæ lib. 12.

Ideoquè licet sub questione sit, an hujusmodi Statuta odiosa, vel favorabilia censeri debeant, diversèque habeantur opiniones hinc inde; Attamen forte magis communis videtur ea, quæ favori potius assidit, ratione publicè utilitatis, & congruæ rationis, ut Civitates, & loca hominibus impleantur, illicque bona obtineant, qui ejusdem loci onera supportant, ex deductis per Sardonum cons. 2. num. 33. Barbat. cons. 43. num. 1. & seq. lib. 1. Rota dec. 251. n. 5. & 6. par. 8. rec. & sub tit. de Regal. disc. 77. & 83. ac alibi.

Undè proterè plurius est sententia collectorum per Carol. de Grass. de effect. cler. 2. n. 377. cum aliis relatis per Rotam dec. 157. n. 2. & seq. par. 11. rec. ut hujusmodi Statuta tanquam rationabilia, & favorabilia, etiam Clericos, & Ecclesiasticos forenses comprehendant.

Et quamvis, præsertim in Rota, & Curia sequente opinio Canonistarum, ac Moralium, recepta sit contraria opinio, ut advertitur discipul. dec. 157. n. 23. & seqq. ubi referuntur Clarin. contrav. 23. n. 39. & 40. Cyriac. contr. 205. n. 156. & seqq. & alii, præsertim P. del Bene de Immunit. tom. 1. cap. 8. d. 11. sed. 1. n. 10. & seqq. (qui magnum cumulum auctoritatum elaboratè facit); Attamen id non propter ratione odibilis, vel exorbitantis Statuti, sed ratione defectus jurisdictionis, & protestatis laicalis in Clericos, & Ecclesiasticos, unde proterè (quicquid laici teneant, Curia Romana firmiter tenet, ut publicus favor, impellere quidem debeat ecclesiasticas observandum Statuta, vel edicta laicalia, ex vi directiva, non autem coactiva, ut alibi advertitur.

Clarior verò dicebam, ut extra controversiam recipienda esset hæc opinio, quod hujusmodi Statuta prohibentia alienationem in forenses exorbitantia, & juri contraria dici non debeant in Statu Ecclesiastico, tamen ab Apostolicis Constitutionibus; Licet enim in ea questione, un cessante Statuto particulari, sub nomine juris communis veniat Statutum generale loci dominantis, vel potius commune Romanorum, magis communis, ac recepta opinio sit, ut veniat istud posterius, ex collectis per Add. ad dec. 378. par. 4. rec. tom. 2. ex n. 8. dec. 178. par. 5. rec. Buratt. dec. 333. n. 11. dec. 198. post Merlin.

SUMMARIUM.

- 1 Fidei serie.
- 2 De materia vitii litigios.
- 3 Resolutio causæ.
- 4 Distinguntur effectus circa vitium litigios.
- 5 Quando verum litigios vitium contrahatur, etiam si esset in possessorio, vel actione personali.
- 6 Et de alienatione in fraudem paratæ executionis.
- 7 An facta alienatione lite pendente in Clericum, recta via fiat contra eum executione.
- 8 De requisitis necessariis ad contrahendum verum vitium litigios.
- 9 Quare sint rari casus verè litigios vitii.
- 10 Quando requiratur fraus consilii, vel sufficit illa præjudicium.
- 11 An causa dotis faciat cessare vitium litigios.
- 12 Quando dictum vitium verè contrahatur, & per quam rem.
- 13 Provisionales sententiæ ad alium effectum, non inducunt vitium litigios.
- 14 Erectio primogenituræ cum iusta causa excludit fraudem.
- 15 De alienatione in potentiorum.
- 16 Quomodo procedendum sit circa doctrinarum applicationem.

D. I. S. C. XL.

lin. de legit. Attamen id procedit, ubi agitur de Statutis particularibus alicujus Civitatis, quamvis dominantis, quæ tamen respectu Principis sit subdita, unde contineant jus municipale restrictum intra proprium territorium, vel districtum; Secus autem, ubi agitur de lege universali edita per Principem in toto ejus Regno, vel Imperio, quoniam tunc dicitur in communem potius, quam municipale, ideoque non cadit sub propositionibus, quæ in materia Statutorum habentur, ut benè advertitur apud Rovit. dec. 7. n. 5. istudque est unum ex arguivocis, in quæ frequenter nudi pragmatice absque alio ratiocinio in sola doctrinarum littera ambulantes, incidere solent, ut etiam alibi advertitur.

Præterè cum supponeretur istud esse Statutum antiquissimum ab immemorabili tempore servatum, ita advertebam omnem cessare difficultatem; Licet enim vera sit propositio, de qua apud Gratian. ubi sup. & apud Buratt. & Adden. d. dec. 6. & frequenter, ut Statutum confirmatum præsumpta, quæ resultat à lapsu longissimi temporis, censenda veniat in forma communi, ideoque operativa non sit in odiosis, ac expresse à jure exorbitantibus; Secus tamen dicendum est, ubi accedat immemorabilis, vel centenaria, ex vero, & recepto principio, de quo in præcedentibus, hoc eod. tit. & alibi frequenter, quod vigore centenariæ, certius verò immemorabilis, allegari potest quicumque titulus de mundo melior absque necessitate illum justificandi, & consequenter, quod rectè allegari possit auctoritas Apostolica in forma specifica, omnique modo meliori.

Occasione autem aliarum controversiarum inter istum Dominicellum, & vassallos, de quibus d. disc. 146. de Regalib. & disc. 36. de servit. post plures annos disputatum adverti, ut quamvis præmissa fundamenta etiam subsisterent, error tamen fuit le restringere ad hæc generalia cuicumque Baronum, seu Dominicellorum convenientia in sola ratione jurisdictionali, negligere verò solidius motivum, ad quod forte reflexio habita non fuit, ob deficientem magis distinctam facti noticiam occasione aliarum subsequentium controversiarum postmodum habitam super hujus domini qualitate.

Cum etenim ex deductis locis proxime citatis, dominus hujus Castri non habeat solùm dominium Baronale, seu jurisdictionale, sed etiam illud plenum, ac privatum totius & bona ibi possidentes, quoddam dominium utile, vel subalternum, per quondam coloniam speciem habere videntur; Hinc proinde stante dicta antiqua observantia, absque necessitate recurring ad dictum Statutum Civitatis alias dominantis, fundamentum rectè constitui poterat in allegatione propriarum legum, quæ etiam jure privato dominus hujusmodi colonis, & vassalis adiciere potuit, quomodo facti contra jus, prohibendo dominum naturalem libertatem, istaque servitutum imponendo, sed potius rei sue legem adiciere, iuxta ea, quæ habentur pluries sub tit. de feud. ad materiam incapacitatis Clericorum, & Ecclesiasticorum, quod licet aliqui credant leges feudales, vel alias hujusmodi incapacitatem inducentes, ecclesiasticæ libertati adversari, contrarium tamen verius est, ex jam dicta ratione.

Et ob quam disc. 72. de feud. & disc. 149. de Regal. habetur ut Barones, vel Dominicelli, quamvis inferiores, vel respectivè Principes laici, habeant jus succedendi in bonis vacantibus, ubi de eorum directo dominio sint; Ad quod continentur ea, quæ habentur pluries sub tit. de emptor. super valida exclusione, seu incapacitate Ecclesiarum, & Priorum locorum, absque eo, quod ecclesiasticæ libertati id advertetur, cum similibus.

De his autem Statutis prohibentibus alienationem in forenses, plura habentur sub tit. de dote disc. 149. ubi de puncto, an comprehendant contractum dotis.

ANNOT. AD DISC. XXXIX.

Deprohibitæ alienatione in forenses agitur disc. 77. & 83. de regal. & in hoc eod. tit. de alien. disc. 69. **BONONIEN. PRIMOGENITURÆ DE FONTANIS PRO MARCHIONE LUDOVICO FONTANA CUM CLAUDIO FRATRE.**

Causa decisus per Rotam pro Ludovico.

De prohibita alienatione rei litigiosæ, an & quando, & ad quos effectus procedat.

Card. de Luca Lib. VII.

Retenta facti serie, de qua sub tit. de fidelcom. disc. 157. & sub tit. de feud. disc. 46. super controversiis inter hos fratres habitis, ex ibi deductis; Inter alias exceptiones qua ex parte Claudii dabatur adversus applicationem contraverforum bonorum, quam Joannes Maria contentendum pater fecerat ad favorem primogenituræ, fuit illa nullitatis resultantis à vitio litigiosæ, quæ dispositione text. in l. fin. Cod. de litigios. stante licet, quæ de tempore ejusdem assignationis pendebat inter dictum Jo. Mariam, & ipsum Claudium super his bonis fili pro ejus alimentis de ordine Rotæ assignatis, unde proterè scribentes pro oppositore, cum longa apparatu deducebant ea, quæ ad hanc litigiosæ materiam habentur per Civilistas in d. l. fin. & per Canonistas in cap. 2. de alien. mutan. jud. caus. Covar. practicar. cap. 15. Sperell. dec. 7. Rot. dec. 70. & 71. post Sälgaud. in labyrinth. quæ sunt repetitæ dec. 260. & 339. par. 10. rec. & dec. 209. coram Rojas repetitæ, dec. 165. apud Posth. de subbas. In quibus firmatur, quod ubi etiam lis esset in possessorio, adhuc id sufficeret, quoniam licet in ipsa re ejusque proprietate verum litigiosum vitium non contrahatur, adhuc tamen ipsa possessio effici dicitur litigiosa, idemque vitium imprimi ipsi possessioni, unde proterè idem debet resultare effectus.

Scribens ego pro Ludovico fratre primogenito, qui ex juribus primogenituræ, in vim dictæ assignationis, iudicium associationis ad bona prædicta instituerat, (etiam cum sensus veritatis, dicebam pro fusus fundamentum esse hanc exceptionem, nulli penitus iuridico fundamento innixam, ideoque merito per Rotam neglecta fuit in disputatione habita sub die 10. Martii 1662. coram Albergato, unde proterè in aliis disputationibus postmodum habitis super aliis punctis, de quibus d. disc. 46. de feud. & disc. 157. de fidelcom. scribentes pro dicto oppositore acqvieverunt, neque amplius de hoc puncto actum fuit.

Ad tollenda verò æquivoca, cum quibus procedi debebant auctoritates, quas non distinguendo casus, vel effectus, iidem scribentes allegabant in consilio; Advertebam quod, ultra alios effectus penales, quorum alium praxis forensis fortè nunquam docuit; Quatenus pertinet ad effectus civiles inter ipsos colligentes, illi duo sunt; Primò scilicet circa ordinem iudicii, & an favore colligantis recta via exequi possit contra tertium, in quem facta sit alienatio, eo modo, quo posset contra ipsum, qui alienationem fecit, vel potius oporteat agere in iudicio ordinario rescissorio; Et secundo circa nullitatem actus, aliisque penalia disposita per text. in d. l. fin. Cod. de litigios. & in authentico de litigios.

Ad primum effectum, admitterbam tanquam veram dictam propositionem, quod scilicet, (quicquid Scribentes varievariet in terminis juris communis, ac etiam Regnicoloræ in terminis, & Conventus, ex deductis apud supra allegatis, & Jo. Ant. de Nigris aliàs Campagn. in eod. Conventus Franch. dec. 464. & 545. Rovit. in rubr. pag. 1. de in-fian. caus. non restat. & dec. 74. num. 8. & 9. Cappy. Lat. decif. T.

decis. 170. Duran. *decis. 364.* apud quos alii super puncto, an per actionem hypothecariam, aliaque interdicta possessoria litigiosi vitium contrahatur, necne;) Verius, magisque receptum est, non requiri verum, ac formale vitium ad rigorosos terminos text in d. l. finali, sed sufficere, quod ut supra, ipsa possessio sub lite sit, iuxta plenè deducta in *allegata dec. 209.* Rojas repetit. apud Post. *de subest. dec. 165.* Et in *dictis dec. 268.* & 239. par. 10. rec. repetit. post Salignad. in *labyr. dec. 70.* & 71. quae videtur in materia magistralis; In quibus etiam infinuatur ea, quae disputata habentur apud Duran. *d. dec. 364.* Baratt. *dec. 627.* & 917. an scilicet, & quando dicatur adesse fraus, necne, pro impedienda imminente executione, quae ita directè contra tertium fieri valeat.

Et ad quem effectum, intrat etiam nodosa questio inter Canonitas, & Civiles, five ecclesiasticos, & seculares, ubi alienatio in Clericum, vel Ecclesiam, aut alias privilegiatum, ac diversi fori, an directè ab eodem iudice laico, coram quo pendebat lis, qua pendente alienatio facta sit executio fieri valeat, aliquibus affirmativam simpliciter repentiibus, quasi quod ita bona preventa sint, alii autem ita tenaciter negativam tenentibus, ut putent novum iudicium rescissorium esse integro necessarium esse; Et aliis probabilius mediam viam discretè tenentibus, atque utriusque opinionem conciliantem, seu moderatam, ut scilicet exequi, sed fieri debeant cum brachio, vel auctoritate iudicis ecclesiastici, in processu tamen summario, qui in impartitione brachii, five executione adhiberi solet absque necessitate dicti iudicis fori, ex deductis apud allegatos, & præsertim in d. *disc. 7.* Sperell.

Quidquid autem sit de his (ita obiter infinuatis, ad effectum eluc dandi æquivoquæ, super incongrua applicatione prædictarum, ac similium decisionum, & auctoritatum hunc effectum percutientium, quæ confarcinabantur, & de quibus forè habebatur in sua materia *sub tit. de iudiciis*;) Illa extranea remanebant ac casu controversiæ, vertentis super secundo effecti penarum indultarum, per text. in d. l. finali, et in d. *auth.* inter quos illa invaliditas actus recentis fieri solet.

Ad hunc autem effectum, duo copulativè desiderantur; Primum scilicet, ut verum, ac formale vitium litigiosi contractum sit in ipsis bonis, quae ita alienari prohibita sint, Et secundò, ut nulla concludatur legitima causa, quae id licitum reddat, five ab hoc delicto excuset, unde propter ea, vel sit unus de casibus in eadem lege finali exceptis, vel quod fit similis, cui eadem ratio congruat, ut patet ex supra allegatis, & plenè in *dec. 173.* 228. & 282. *part. 2. rec.* & apud Merlin. *dec. 799.* quae omnes in eadem causa editæ ex professio in hac materia litigiosi videntur magistrales.

Hinc proximi verificetur, nimiumque raræ sunt disputationes forenses in hoc puncto cum frequentiores esse soleant in altero.

Cum ea notab. li quoque differentia inter unum casum, & alterum, quod scilicet (quicquid aliqui hos terminos involuendo dixerint,) requiratur fraudis expressæ, vel præsumptæ, desiderandum veniat ad hunc effectum poenalem, pro quo presupponendum est delictum, sine quo danda non est pena; Secus autem ad primum, quoniam cum ille non intrat ratione penarum, sed ratione præiudicii colligantis, ne eius conditio deterior fiat, atque iudicium reddatur elusorium, cum tunc id nõ requiratur, ut cæteris reletis advertunt Capyc. Latr. *d. decis. 170. num. 70.* & Galeot. *lib. 1. contror. 2. n. 23.* Quoniam ut advertitur *sub tit. de feudis disc. 1 sub tit. de credito,* & *sub altero de dote, ac alibi,* attenditur sola fraus præiudicii, five re ipsa, non curata fraude consilii, cum nihil referat illius, cui præiudicium resultat, an actus bono, vel malo animo fiat, si quomodocumque sequatur damnum, ac præiudicium alteri causet.

Hinc propter ea, quæ plenè disputantur per Scribentes in materia dotes, cuius causa excepta est in d. l. finali, ex deductis post antiquiores per Pontanell. *de pact. clausul. 6. glossi part. 3. num. 49.* Apont. *conf. 101. num. 7. lib. 2. Cancr. variat. resolut. lib. 2. cap. 12. num. 51. & leg. Amat. variat. resolut. cap. 4. n. 17. latè Prat. discept. 13. num. 56. cum seq. lib. 1. & Rora in d. dec. 268. & 339. par. 10. rec. & dec. 183. par. 11.* an scilicet procedatur in dote constituenda, vel restituenda ex necessitate, quæ ipsa iplam mulier possidens nubat, vel ille, qui dote tenetur, hunc actum faciat, & an requiratur alterum requisitum subsidii, iuxta terminos text. *Auth. res que. Cod. commun. de legat. ut credit* una opinio comprobata per Rotam apud Duran. *dec. 281. num. 9. & dict. dec.*

183. part. 11. recent. Illud certum, ut videtur titulus dotis, aut similis, vel quia generaliter per legem exceptus sit, vel quia regulariter honestus, ac probabilis reputetur, indefinitè excuset ad secundo effectum, quoties verè non consistat de dolo, & posita collusionem.

Utrumque autem requisitum in hac facti specie desicere observabam, quoniam ad hunc rigorosum effectum, de quo propriè dicta jura loquuntur, non sufficit actus personalis, minime in rem scripta, vel iudicium possessorium, sed præcisè requiritur, quod principia agatur de ipsorum bonorum dominio, ac pertinentia, seu adjudicatione in iudicio rei vindicationis, vel æquipollenti, ut de magis vera, & recepta sententia patet apud allegatos, ac etiam habetur per Rotam apud Merlin. *d. decis. 799. num. 3. cum seq. decis. 245. par. 11. rec. decis. 57. par. 10. & dec. 381. par. 12. & sequens*; Et conserunt, quæ habentur *sub tit. de beneficiis disc. 91.* ad materiam huius vitii litigiosi, quod in beneficio contrahitur ad effectum præsertim reservationis refutantis à cap. 1. Et 2. *ut litem pendente* in 6. Secus autem ad alios effectus, illum præsertim regulæ *de triennali. c. inter*.

Id autem in facti specie non verificabatur, cum inter patrem & filium nulla adesset. Iis super bonorum dominio, vel pertinentia, sed solum super alimentis, quæ Rota prudenter ad tollendum discordiarum occasionem provisionaliter decrevit, ut filius manu sua, non autem ab illa patris obtinere deberet ex fructibus paternorum bonorum ad hunc effectum assignatorum, unde propter ea nullam jus in re, nec ad rem filio quaesitum vel sub die erat, sed solum provisionalis commoditas, ut nudè facti, ideoque litigiosi vitium, nec quidem remore cadebat.

Prout debetiam alterum cessantis justæ causæ, unde propter ea actus præiudicium fraudem redoleret; dum applicatio bonorum facta erat pro impinguatione primogenituræ quæ iusta, & rationabilis causa in jure reputatur, adeo ut ex Molina, & aliis reletis, Rota *dec. 183. apud Orthobon. & dec. 23. part. 11. rec.* responderet esse causam sufficientem ad sustinendum actum gestum à muliere ex Statuto Urbis 151. absque solemnitatibus, & causa utili, vel non damnosa alienare, seu alios contrahere prohibita, ut pluries in præcedentibus advertitur; Clariùs verò, quæ eadem applicatio potius necessaria, quàm voluntaria videbatur, pro reintegratioe scilicet ejusdem primogenituræ, ac in recognitionem veritatis, propriæque obligationis, ut advertitur in facti serie, de qua *disc. 46. de feud.*

Neque cadebat circumstantia majoris potentie plenè expenla in dictis decisionibus 173. 228. & 282. *part. 2. rec.* & apud Merlin. *d. decis. 799.* ideoque ex pluribus planum remanebat, quod istud vitium litigiosi non adesset ad hunc secundum criminofum, ac successive poenalem effectum, & consequenter, ista questio tanta dote digna non videbatur; De his tamen, non incongruè, ac circa evagationem à laudabili Curie stylo, ac à proprio genio abhoritum) actum fuit, ad dilucidanda æquivoquæ, cum quibus procedi per alteram partem obtendebat dictæ decisiones, & auctoritates, quæ desuper cumulabantur, ut ita edocemur id, quod adeo frequenter, (& merito,) mea est dicendi consuetudo, quod tota vis consistat in distinctione casuum, seu effectuum, de quibus agitur, & ex qua congrua, vel incongrua applicatio resultat.

ANNOT. AD DISC. XL.

DE hac materia alienationis rei litigiosæ, & quando vitium litigiosi contractum dicatur, habetur plenè actum *sub tit. de iudic. disc. 40. tit. de benef. disc. 92.*

ROMANA SALVIANI PRO ZECCADORIS CUM TAURINIS.

Casus decisus per Rotam pro Taurinis.

De contractu facto per carceratum ad favorem carcerantis, vel eius, ad cuius instantiam carceratio sequuta est, an & quando valeat, necne.

SUMMARIUM.

- F**acti serie.
- R**esolutiones causæ.
- S**alvianum non datur sine credito cum hypotheca.
- D**e distinctione, quando contractus factus in carcere valet, necne.

5 Quod

- 1 Quod sit onus allegantis iustitiam illam probare.
- 2 Contrarium verius, & de ratione.
- 3 Ut semper sit onus allegantis aliquid pro fundamento intentionis.
- 4 Præsumptio iustitia est, ubi accedit decretum iudicis.
- 5 Decretum iudicis, quid in hac materia operetur.
- 6 Quod non intrat delictum, ubi heres non intrat deforis bona in inventario, & de illius introductione.
- 7 Quenam pæna intrat ob non integrat descriptionem in inventario, an amissioni beneficii, vel dupli.
- 8 In herede non datur crimen expiatae hereditatis.
- 9 De motivo resolutionis ob aliam fraudem.
- 10 An sicut similit, quod carceratio sit iusta, & carceratus relaxetur sine pæna.
- 11 Cauteilla contrahendi extra carceres non prodest.
- 12 De invalida reservatione beneficii facta in carcere.

DISC. XL.

CUM Conventim essent creditores hereditatis Francisci Zeccadori præstentibus, quod Michael Angelus reditatem adisset, ac administrasset, hunc illum in iudicio criminali de tribus querelantur; Primum scilicet de omissione plurium bonorum hereditarium in inventario; Secundò de expiata hereditate; Et terciò de fraudulenta submissione aliorum creditorum anteriorum hereditatis non debitricis, cum ea debita verè spectarent ad ipsum Michaellem Angelum, qui bonam fidem recogoverat, quare ex his causis in carcerem redactus, ut ab eis se liberaret, & de proprio, (ita etiam Iudice decrentem) obligationem fecit solvendi dictum debitum, quamvis vires hereditariae non sufficerent, huiusque obligationis vigore dicti creditores iudicium Salviani inventarum super bonis per eundem Michaellem Angelum ejus filii assignatis, præsertim Episcopo Forosemendi occasione assumptionis Prælatum, in munere Referendarii utriusque Signaturæ; Atque introducta causa in Rota coram Arguelles, ad eorumdem creditorum favorem resolutiones prodierunt sub diebus 12. Januarii 1646. & 26. Februarii 1649. quarum prima est impressa post Merlin. *de pignor. dec. 108.* & altera in *dec. 288. par. 10. rec.*

In huiusmodi annis disputationibus, nulla questio erat super aliis huius iudicii extremis, sed tota erat super validitate, vel invaliditate obligationis, ex qua pendebat creditum, sine quo hypotheca munito, indubitatum est non competere Salvianum, cuius essentialis fundamentum est creditum cum hypotheca.

Cumque dictæ obligationis infectio ex hac parte deduceretur, ex eo, quod facta esset in carcere ad favorem ejus, qui carcerationem procuraverat, juxta terminos textus in l. qui in carcere, ff. de eo, quod super causa cum ibi notatis, hinc proinde tota questio fuit metus dictæ carcerationis iustitia, vel injustitia, ex qua circumstantia id pendet.

Quicquid enim antiquiores in hoc variaverint, hodie recepta, & extra controversiam videtur in hac materia juris theoretica, ut dispositio text. in l. qui in carcere, super invaliditate actus facti per carceratum, (non accidentibus aliis circumstantiis dolum, vel postivam violentiam redolentibus,) pendat à iustitia, vel injustitia carcerationis, ut ea injusta existente, actus dicatur per vim, & metum initus, ideoque invalidus, ut plenè cæteris reletis, Scannar. *de visis. carcer. lib. 1. sess. 2. per tot. cap. 2. Vermigli. conf. 178. n. 2. & segg. Rota apud Merlin. decis. 506. repetit. dec. 26. part. 6. recent.* Orthobon. *dec. 205. repetit. decis. 20. & 448. part. 9. recent.* & admittitur in huius causæ decisionibus, ac in aliis frequenter, adeo ut ista videatur potius questio facti, & applicacionis, quàm juris, quando scilicet injustitia adesse dicatur, & cuiusmodi incumbat onus probandi unam, vel alteram quantitatem.

Quamvis autem ego, & cæteri scribentes pro reis conventis insisteremus, ut onus esset actorum probare carcerationis iustitiam, cum illa fundata esset in præstato dolo commissio in occultatione bonorum hereditarium, & fors tendebatur insol. ac in fraudem facta, in nitentes regulæ textus in d. dolum Cod. de dolo, de qua cæteris reletis Farinacc. *de pænis quest. 89.* Menoch. *lib. 5. præsumpt. 3.* Rota apud Gregor. *dec. 169. & passim*, ut dulus, vel fraus in dubio non præsumatur, sed peripicuis probationibus iustificari debeat.

Reflectendo tamen ad veritatem, agnoscebam contrarium esse verius plenè firmatum d. *dec. 506. Merlin.* alias *Card. de Luca Lib. VII.*

dec. 26. part. 6. recent. cum quia in omnibus aliis supra deductis proceditur, ut onus sit allegantis nullitatem actus ob carcerationis injustitiam istam probare: Tum ex recepta propositione, ut in dubio præsumptio fit pro facto iudicis; Tum etiam, quia ubi actor bene ejus intentionem fundavit cum publico instrumento faciente probationem probatum reus, qui per exceptionem dictam actionem elidere vult, in ea dicitur actor, ideoque concludentes probationis onere premitur, ex deductis apud Gregor. *dec. 228. & passim*; Cumque non omnis carceratio ita simpliciter sumpta hunc effectum causet, sed illa, quæ ratione injustitiae tyrannica, & concussiva dici meretur, & sicatione certæ qualitatibus, hinc proinde onus est allegantis talem qualitatem pro fundamento intentionis cum probare, juxta veram, ac probabilem distinctionem, cum qua rejecta opinionum varietate, passim procedit Curia Romana inter actorem, & reum, five inter eum, qui habet pro se presumptionem validitatis actus jam gesti, & illum, qui venit infringendo, ut præsertim ad materiam alienationis bonorum fideicommissi ex causa dotes, vel aliorum detractionum advertitur pluries *sub tit. de fideicommissis, & sub tit. de dote, præsertim disc. 145.*

Igitur mihi quamvis succumbenti iustæ, ac probabiles dictæ resolutiones visæ sunt, super huiusmodi propositione, quod scilicet huius parti excipientis de invaliditate obligationis, ut potè factæ per injustè carceratum, onus esset hunc injustitiam probare concludenter; Potissimè verò, & clariùs, quia eadem obligatio facta erat in executionem sententiæ iudicis criminalis, qui sub ista conditione carceratum relaxavit.

Ista etenim circumstantia, habitum boni, ac respectivè mali habet; Quoniam ubi de iustitia carcerationis constat, fortius id concludit metum, & concussionem, nedum à patre, sed etiam à iudice, sed è converso magis obligat ad onus probationis, ob presumptionem, quæ factò iudicis in dubio assitit, dum ita duplex factum concurrat, unum carcerationis, cui minor præsumptio assitit, ut potè magis immaturo, quod sæpius inconsideratè geri solet, ex inditiis, & suspitionibus, & alterum magis maturum, quod compilato processu, resultat à sententia, vel decreto.

Quare assumpta ex hac parte provincia docendi de injustitia, ex tribus præstentis criminibus, pro quibus querela, ac respectivè carceratio sequuta fuerat, in duobus facile fuit injustitiam convincere; Primum scilicet circa dolum, non descriptionem aliquorum bonorum in inventario; Et secundò circa expiata hereditatis crimen; Quatenus enim pertinet ad primum, nullibi in iure cautum esse dicitur, ut hères, etiam maliciosè, & affectatè omittens concubere inventarium integrum, convinci valeat de crimine ad effectum punitionis personalis; Jus etenim antiquum, ac medium, vel novum *Digestorum, Codicis, Institutionum* non cognovit hoc inventarium hereditarium, sed heredi concedebat annum ad deliberandum, intra quem de statu, ac viribus hereditatis certior factus deliberare possit, & an expediret hereditatem adire, vel repudiare, eoque adveniente ita ejus persona, & bona confunderentur, cum persona, & bonis defuncti, quod (excepto præiudicio tertii, cui in ejus bonis jus jam quaesitum esset,) una, & eadem persona cum defuncto, unumque, ac idem utrumque patrimonium reputaretur, quoad universum vis actuum, & passivum, omniaque onera quantumvis hereditatis vires excedentia.

Verùm, quia id plura producebat inconvenientia, ipsis heredibus, ac respectivè hereditatibus, earumque creditoribus præiudicialia quod scilicet infra annum perfectæ æris alieni, ac onerum notitia non habebatur, cum fortè creditores hereditatem suspectam habentes, ita studiosè propria debita occultare assuebant, ut heredem quoque, ejusque bona obligata haberent, unde hereditatis beneficium in maleficium, ac proprii patrimonii pernicie redundabat; Et è converso aliqui heredes, sub hoc pretextu deliberandi infra annum, bona præsertim mobilia occupando, & occultando, postea in sine in fraudem creditorum, vel legatariorum repudiabant.

Hinc proinde *Justinianus* condidit legem registratam in l. fin. C. de jur. doli. intrudendo in inventarii beneficium, quo mediante heres ita ritus redderet, quatenus illud legalè conficiente, ac validè conficiat ac propter ea quo nullatenus, vel è in altero de herede, & alibi, nullam heres incurrit penam, vel delictum committit, sed solum non possit hoc

beneficio ita qualificatè concesso, eo remanente in terminis antiquis ancedentè legis editionem; Non enim ex eo quod quis obtinere potest aliquod privilegium, quatenus certam formam servet, si ista malè servata sit, adeò privilegio indignus reddatur, exinde dicendum est, quod commiserit delictum punibile; Solum etenim magna contra eum refutat suspicio fraudis, vel occultationis, negligendo cautelam ad eò profectam, & usitatam, quoties facti circumstantiæ non suadeant, ut ex imprudentia, vel ministerium, & caudicorum culpa id sequutum sit, ut in sua materia sub tit. de herede.

Quinimò in his terminis specialibus doloſe occultationis vel non deſcriptionis aliquorum bonorum in inventario, quamvis una opinio credat exinde resultare inventarii nullitatem, & de consequenti huius beneficii privationem, aliam tamen opinio, (quam ut magis benignam, Rota & consequenter reliqua Curia sequitur,) diversa est ut scilicet dicta nullitas non exinde resultet, sed ad summum intret pena dupli ejus, quod amissum est, ut plene discussio articulo firmatur in dec. 181. part. 6. rec. & advertitur in dictis respectivè materiis de credito & de herede.

Idem pariter procedit in alio accusationis capite expilatæ hereditatis cujus crimen redè intrat contra eos, qui nullum jus in hereditate habentes in prædictionem heredis ac aliorum in hereditate sui habentium, bona hereditaria occupant, atque hereditatem expilant, nullatenus autem eadit in ipso herede; qui tanquam dominus disposuit de bonis suis; Ideoque aliud ex clandestino modo disponendi non refutat, nisi juxta magis rigorosam, opinionem, privatio dicti beneficii inventarii, ut de utriusque capitis rejectione habetur in prima decisione registrata apud Merlin. de pignor. dec. 180. que in materia notabilis est in hoc puncto, ut contra heredem non intret crimen expilatæ hereditatis.

Credidit autem Rota subsistere tertium fraudulentè suppositionis creditorum, qui erant proprii ipsius heredis, inquirendo præcedentes resolutiones coram Carillo inter suas dec. 156. & 168. ubi de condemnatione ejusdem heredis ad favorem Actorum ad damna & interesse ob aliquas lites, & molestias exinde passas; Et quidem resolutiones probabiles vise sunt, non solum ex hoc ultimo capite, super quo nullæ fuerunt Advocatorum partes, dum totum consistebat in facto ejusque circumstantiis, ex quibus convinci supponebatur dolum; Sed etiam, quia licet per Rotam, prævia magna discussione, bene, ac fundatè decisum sit, ut crimen punibile exinde non resultet, negari tamen non potest, quod ante hujusmodi formalem decisionem aliqua non improbabilis eaderet dubietas, ob quam Judex ad incarcerationem citrà injustitiam positivam procedere potuerit, justè opinando criminalitatem intraro.

Ponderando quoque contra hanc partem illam circumstantiam, quam ego, & cæteri Scribentes potius inculcavimus in contrarium, quod scilicet Judex ad aliquam condemnationem non processerit, sed contentus dicta obligatione erga accusatores, incarcerationem relaxaverit, quasi quod ita declaraverit non adesse delictum, quoniam ex facti circumstantiis desumebatur id sequutum esse per quandam speciem concordie, ab eodem carcerato oblata, ac desiderata, unde propterea Judex contentus fuit, (ut frequenter contigit,) quod satisfacta parte interessata, ipse carcer cederet loco poenæ.

Magnum item fundamentum Scribentes pro actoribus constituebant in eo, quod contractus initus esset in quadam aula cancellarii, seu alterius ministri ejusdem domus, ubi erant carceres, & sic extra eas, idque juxta consuetum inane cautelam exprimebatur; Verùm hoc movium nullius momenti erat, utpote in specie in omnibus ferè decisionibus supra allegatis rejectum, & præsertim d. decis. 148. part. 9. rec. repetit. post Zaach. de oblig. decis. 180. edita in causa, de qua habetur actum sub tit. de dote d. 59. quoniam nil refert, ut contrahens in uno, vel in altero loco permaneat, si in plena, & omnimoda ejus libertate constitutus non est, adeò pro ejus libito possit contrahere, & non contrahere quodque non contrahendo ad carceres denuò reduci potest, quoniam ubi etiam de facto exiret ab ipso loco ubi sunt carceres, atque ad domum propriæ habitationis accederet, ibique contraheret sub militum tamen custodia, vel sub fidejussoribus de redeundo ad carceres, quatenus contractum non perficeret, adhuc idem est effectus, ut cæteris relatis advertitur in supra allegatis decisionibus, & per Scannar. d. lib. 1. sect. 2. num. 7. Quinimò etiam si dimissus esset in solo ejus verbo, ut in Magnatibus

ac Nobilibus quandoque practicari solet, quoniam tale verbum plus afficit, quam quælibet idonea cautio, vel etiam custodia militum.

Et de injusto carere irritante quemcumque actum in eo sequutum, habetur etiam actum sub tit. de benef. d. 78. ubi de invalida resignatione beneficii, vel coadiutoria, cum suis tamen declarationibus.

ANNOT. AD DISC. XLI. & XLII.

Agitur in his discursibus de contractibus factis per carceratos, ac respectivè subditos ad favorem carcerantis, vel Superioris, seu Officialis, de quo nulla alia suppetit occasio disputandi, & solum insinuatur aliqua d. decis. 59. n. 3. de dote; Conferunt tamen deducta sub tit. de feud. d. 29. in proposito questionis an instrumentum rogatum per Notarium Vasallum probet contra, vel ad favorem Baronis in Regno Neapolitano, ac etiam ea, quæ habentur sub tit. de testam. d. 51.

Decisiones enunciatæ in d. decis. 41. sunt impressæ inter illas Arguelles dec. 6. & 84.

NEAPOLITANA PECUNIARIA PRO MARINO PICCINO CUM VINCENTIO MUSCATELO

Casus disputatus coram A. C. & in Signatura & resolutus pro Marino.

De valido, vel invalido contractu facto per subditum ad favorem Superioris, seu Officialis.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 De invalida obligatione ad favorem Judicis.
- 3 Idem ubi fiat ad favorem Notarii.
- 4 Invalida obligatio principalis carcerati est etiam nulla respectu fidejussoris.
- 5 De invalida obligatione carcerati.
- 6 De eadem conclusione, de qua num. 2. ut etiam ad favorem baronis, vel alterius Superioris, qui non fit Judex.
- 7 Notarius an sit officialis.
- 8 Quando procedat conclusio, de qua num. 3.
- 9 Et an id ad favorem custodis carcerum.
- 10 Quando obligatio ad favorem Judicis, vel Notarii valeat.
- 11 Ex quibus cesset suspicio, quæ hanc nullitatem inducit.
- 12 De testamento, vel obligatione infirmi ad favorem medici.

D I S C. XLII.

Deputato per Nunciaturam Neapolis Commissario, vel Auditore, juxta illius Tribunalis, (nescio an usum, vel abusum,) ad revidendos titulos beneficiorum, eaque possidentium, in aliquibus diebus, cum destylo (quod omnibus ferè Tribunalibus, etiam Urbis commune est,) Scriba, vel Notarius substituitur, aliquam emolumentorum parte dare debet Notario in capite Tribunalis, hinc ex hujusmodi participationis causa, Carolus scriba, se obligavit ad favorem Marini Notarii in certa summa, atque pro eo fidejussit Vincentius, qui pulsatus coram A. C. in pro eo fidejussit Cameralis ad solvendum; opponbat de vim obligationis nullitate, ex duplici capite relutante; dictæ obligationis nullitate, ex duplici capite relutante; Primò scilicet, quia facta esset in carere ad favorem injusæ carcerantis, juxta deducta d. decis. præced. Et secundò, quia facta esset in specie contractus inchoati ad favorem officialis, vel superioris, juxta præced. Et tertio, quia dispositio in materia magistralis, hæpius in aliis canonizatæ, & in specialibus terminis invalidæ obligationis factæ; & in carceratum, vel iniquitum ad favorem Notarii deducebatur auctoritas Scannarol. de visitat. carcer. lib. 1. cap. 3. sect. 3. num. 8.

His autem positis, dicebatur corruere etiam obligationem fidejussoris, cui quamvis æque principaliter obligato conceditur eandem nullitatem allegare; Tum ex regula, ut corruebat obligationi principali, corruat etiam accessoria. Tum ob exceptionem cedendarum, ex iis, quæ generaliter habentur in sua materia sub tit. de credito, super hoc articulo, an & quando corruebat obligatione principali,

pali, corruat illa fidejussoris, qui tamen se tanquam corrum principaliter, & in solidum se obligaverit, ut in specialibus terminis hujus nullitatis contractus facti in carere quod suffragetur etiam fidejussori per quem allegari valeat cæteris relatis firmatur per Rotam apud Cesium dec. 36 r. num. fm. Scannarol. de visit. carcer. lib. 1. sect. 2. cap. 3. n. 18. & 20. ubi concordant.

Scribens ego pro Marino creditore; Dicebam neutram exceptionem subsistere, unde merito ad relaxationem mdati processum fuit canonizati etiam per Signaturam Justitiæ cum solita clausula, sine præjudicio; Quatenus enim pertinet ad primum punctum incarcerationis, de illa neque in genere docebatur, nisi per quandam confessionem extoradicalem creditoris, æquivoquam, & præsuppositivam, contentam in quadam epistola familiari scripta eidem fidejussori reo convento, quod scilicet in ejus gratiam, ejusque obligationis intuitu, principale debitorum excarcerasset, quod nihil ad effectum questionis concludebat, quoniam ut advertitur dicto d. decis. præced. nullitas non provenit ex sola incarceratione in genere, sed ex ejus qualitate injustitiæ, quæ in dubio non presumitur, sed probanda est per eum, qui allegat nullitatem, tanquam suæ intentionis fundamentum.

Quo verò ad alterum motivum obligationis factæ per subditum ad favorem officialis; Dicebam id redè procedere, quando agatur de tali officiali, qui auctoritate sua subditum obligatum concutere valeat, adeòut probabilis præsumptio vis, & metus intret, non curato, an ille in stricta juris censura, Judex, five Officialis sit, necne, ex deductis in d. dec. Merlini, ubi agitur de Barone, ad cujus favorem subditus carceratus se obligaverat, quoniam licet Barones non habeant jurisdictionem in exercitio, quod est penes eorum officiales, sed illam habeant in dominio, vel habitu, unde propterea, verè, & propriè non sunt judices, vel officiales, attamen quod effectum, de quo agitur, sunt tales, & plus.

Et consequenter quicquid sit, an Notarius verè, ac propriè officialis dicatur, ex iis, quæ disputant Regnicolæ ad interpretationem Ritus M. C. V. ut de delictis officialium non cognoscat, nisi ipse M. Curia, de quo apud Franch. dec. 407. Gizzarell. dec. 24. Rovit. dec. 73. n. 50. & 51. & alios.

Admittebam, quod ubi eadem intraret ratio, eadem quoque intrare deberet juris dispositio, unde propterea, si inquisitus, & carceratus pro gravi delicto, aliquem contractum faceret ad favorem Notarii cause, à cujus benevolentia, vel rigore bonum sperare, vel respectivè malum timere poterat, tunc idem dicendum esset; Quinimò etiam si ad favorem custodis carcerum, vel alterius, eadem intraret ratio, atque de custode agit Bossi. de carcer. n. 23. qui reputatur in hac propositione magister, & ex eo, & aliis Scannarol. d. lib. 1. sect. 4. n. 8.

Secus autem, ubi contractus ita initus esset inter subditum, & Superiorem, quod dicta ratio non congrueret, neque timore superioritatis fuisse causa obligationis, quoniam non ex eo, quod quis reperitur officialis, generaliter prohibendum esset contrahere cum personis sub ejus officio, & jurisdictione insistentibus, quando ipsa jurisdictione non fit causa obligationis, atque concessionis præsumptionem non inducat, ut in specie contractus inchoati ad favorem ejus, qui erat Gubernurator patriæ alterius contrahentis, sed in proxima Civitate dominantis, ubi residebant Cardinalis Legatus, alique majores Magistratus, advertitur per Rotam dec. 123. post Merlin. de pignor. n. 16. ubi concordantes.

Applicando autem ad rem, (ultra quod ex hac parte in facto negabatur alterius partis præsuppositum, quod dictus principalis obligatus esset ordinarius scriba Tribunalis, & consequenter subordinatus dicto Notario in capite;) Ubi etiam id subsisteret, causabat quidem quandam subordinatorem ad dependentiam, non autem formalem subjectionem, adeòut dici posset superior, & officialis, in quo caderet ratio concessionis; Et ulterius contractus initus erat in ipsa Civitate Neapolis, in ipsomet Palatio Nunciaturæ, in quo existentibus supra Nuncius, ejusque Auditores, alique majores officiales ipse Notarium, neque agebatur de inquisito criminali, qui Notarium quoque graviter timere debuisset, unde propterea dicta conclusio nullatenus intrare poterat.

Ideoque tam istius, quam aliarum plurimum consilium questionum occasione, dicere consuevi idem, quod pluries in præcedentibus advertitur, ut scilicet istæ sint quæstiones Card. de Luca Lib. VII.

nes potius facti, quam juris, ex facti, qualitate & circumstantiis, decidende, indagando, an verificetur, necne ratio, cui juris conclusio innititur, dum etiam in medico, & chirurgo, ex eadem ratione idem quomodo intrat in contractu, vel testamento, seu alia dispositione infirmi, ex iis, quæ habentur sub tit. de testam. occasione agendi de infirmi testamento ad favorem medici d. decis. 51.

MONOPOLITANA PECUNIARIA PRO JOSEPHO PALMERIO CUM PIO PEPE.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Josepho, pendes in Rota.

An & quando obligatio filii pro patre, valeat, necne, & qualis metus requiratur ad annullationem; Et an sufficiat metus reverentialis.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series remissa.
- 2 De iudicio ritus M. C. V. quando locum habeat.
- 3 An sententia absolutoria vulneret processum executivum.
- 4 De distinctione inter injustitiam notoriam, & ordinariam.
- 5 De materia metus, & quando sufficiat ad annullationem.
- 6 Qualis debeat esse metus.
- 7 Quomodo in hac materia sit procedendum.
- 8 Quando facilius admitatur metus in filijs ex actibus paternis.
- 9 Filius bene agit se obligando pro patre.
- 10 Quæ regula in hoc tenenda sit.
- 11 De circumstantiis facientibus cessare suspensionem metus.
- 12 An metus reverentialis sufficiat, & quid ubi accedit læso.
- 13 De eodem, de quo num. 7. & 10. super istius materia regulatione.

D I S C. XLIII.

De anno 1660. Franciscus, & Pius, pater, & filius per publicum instrumentum se constituerunt debitoribus Josephi in summa cent. 2700. circiter, pro variis negotiis inter eos habitis, ac pro pecuniis mutatis; Dicit autem Josepho absente, Pius coram Ordinario, iudicium instituit super dictæ ejus obligationis nullitate, ex eo, quod à patre per vim, & metum ad id inductus esset, atque sententiam absolutoriam in contumaciam reportavit; Introductaque per appellationem causa coram A. C. ab illo neglecta dicta sententia, in iudicio executivo ex parte creditoris tanquam ex integro intentata, mandatum contra dictum Pium relaxatum fuit, suspensum tamen à Signatura, quæ ad utrumque effectum appellationis causam commisit in Rota, ubi pendet.

In disputationibus autem habitis, tam coram A. C. quam acriter in Signatura, tres fuerunt puncti, seu articuli; Primò in meritis, super valida, vel invalida obligatione predicta; Secundo circa ordinem iudicij, an scilicet dicta sententia absolutoria vulnerasset, necne viam executivæ, quam præsuppositum, quod in vim clausularum in instrumento contentarum, illa re integra competeret; Et tertio super dictæ viæ executivæ competentia, stante quoque pacta, & clausula habebant relationem ad Ritus Vicariæ; In primo autem & secundo, modica, ac ferè nulla habita vitæ difficultas, quæ tota fuit super tertio, de quo habetur actum sub tit. de credito, ac etiam sub tit. de iudicis, & incidenter sub tit. de dote d. 59. an scilicet, & quando, contra Clericos, & in foro Ecclesiastico, iudicium executivum ad formam Ritus prædicti sit practicabile.

Eodemque tit. de credito, habetur de secundo puncto, an scilicet, & quando sententia absolutoria vulneret viam executivam, atque concluditur, quod ubi accedit clarus delectus nullitatis, nullam producit vulneracionem; Questionem solum cadente, ubi agatur de solo defectu injustitiæ, quod pariter decisionem recipit à distinctione; Questionem solum simplicem, seu ordinariam, non reparabili nisi cum ordinario remedio appellationis, vel de notoria admittente reparacionem, etiam per remedia extraordinaria, & tunc secus cum notoria injustitia nullitatem quoque producere